

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**M. Tullius Cicero Mannucciorvm Commentariis Illustratvs
antiquaeq. lectioni restitutus**

Continens De Philosophia Volumen Secundum

Cicero, Marcus Tullius

Venetiiis, 1583

In M Tullii Ciceronis De Divinatione Librvm II. Commentarius Aldi
Mannuccij.

[urn:nbn:de:gbv:45:1-770553](#)



I N

M . T V L L I I . C I C E R O N I S
D E . D I V I N A T I O N E

L I B R V M . II.


Commentarius Aldi Mannuccij.



A R G V M E N T V M

In hoc secundo de diuinatione M. Cicero, Academicum agens, argumenta Stoicorum confutat argumentis, & exempla exemplis, ut, diuinatione omni in dubium reuocata, cuique liberum sit de ea arbitrari, quidquid uerisimile uideatur. Ad legentium tamen animos demerendos nonnulla praefatur, & praeterea ostendit, cur ad hanc philosophicam scriptiōnem fuerit impulsus.

C I C E R O



V A E R E N T i mibi, multumq. & diu cogitanti, quanam re possem prodesse quamplurimis, ne quando intermitterem consulere reip. nulla maior occurrebat, quā si optimarum artium vias tradiderem meis ciuib: quod compluribus iam libris me arbitror consecutum. nā & cobortati sumus, ut maxime potuimus, ad philosophiae studium eo libro, qui est inscriptus Hortensius: & quod genus philosophandi minime arrogans, maximeq. & constans, & elegans arbitramur, quatuor Academicis libris ostendimus. cumq. fundamen tum esset philosophiae positum in finib: bonorum, et malorum, perpurgatus est is locus a nobis quinque libris; ut, quid a quoque, & quid contra quemque philosophum diceretur, intelligi posset. totidem subsecuti libri Tusculanarum disputationum, res ad beate uiuendum maxime necessarias aperuerunt. primus enim est de contemnda morte, secundus de tolerando dolore, de aegritudine lenienda tertius, quartus de reliquis animi perturbationibus: quintus eum locum complexus est, qui tam philosophiam maxime illustrat docet enim, ad beate uiuendum uirtutem se ipsa contentam. quibus rebus editis, tres libri perfe-

ti sunt de natura deorum: in quibus omnis eius loci quaestio continetur: quae ut plene esset, cumulateq. perfecta, de diuinatione ingressi sumus his libris scribere. quibus, ut est in animo, de fato si adiunxerimus, erit abunde satisfactum toti huic quaestioni. at que his libris annumerandi sunt sex de rep. quos tunc scripsimus, cum gubernacula reip. tenebamus: magnus locus, philosophiaeq. proprius, a Platone, Aristotle, Theophrasto, totaq. Peripateticorum familia trattatus uberrime. Nam, quid ego de Consolacione dicam? quae mibi quidem ipsi sane aliquantum me detur: ceteris item multum profuturam puto. Interiectus etiam est nuper is, quem ad nostrum Atticum de senectute misimus. In primisque, quoniam philosophia vir bonus efficitur, & fortis, Cato noster in horum librorum numero ponendus est. Cumq. Aristotelles, itemq. Theophrastus, excellentes viri cum subtilitate, tum copia, cum philosophia dicendi etiam praecepta coniuxerint; nostri quoque oratori libri in eundem numerum referendi uidentur. ita tres erunt de Oratore, quartus Brutus, quintus Orator. Adhuc haec erant: ad reliqua acriter debamus animo, sic parati, ut, nisi quae causa granior obstitisset, nullum philosophiae locum esse pateremur, qui nō Latinis litteris illustratus pateret. quod enim munus reip. afferre maius, melius ue possimus, quam si docemus, atque erudimus iuuentutem? his praesertim moribus,

Q 2 atque

atque temporibus: quibus ita prolapsa est, ut omnium opibus refrenada, atque coercenda sit. nec uero id est ei posse confido, quod ne postulandum quidem est, ut omnes adolescentes se ad haec studia conuertat. pauci utinam: quorum tamen in rep. late patere poterit industria. equidem etiam ex ijs fructum capio laboris mei, qui iam aetate prouecti in nostris libris acquie-

scunt: quorum studio legendi meum scribendi sordidum uehemetius in dies incitat: quos quidem plures, quam rebar, esse cognoui. magnificum illud erit, Romanisq. hominibus gloriosum, ut Gracis de philosophia litteris non egeant. quod aequar profecto, si instituta perfecero.

EXPLANATIO



ONS VLERE: prouidere. VIAS: formulas. PERPVRGATVS: declaratus, illustratus. A quoque: a cuiusque sectae philosopho. BEATE: tranquille. RELIQVIS: metus, spe, libidine. EDITIS: inuulgatis. QVAESTIO: inquisitio. INGRESSI: sumus: coepimus. VT: est in animo: ut nobis propoluimus. His LIBRIS: philosophicis. MAGNVS: locus, ampla, & multiplex materia. FAMILIA: disciplina. VBERRIME: copiosissime. PHILOSOPHIA: philosophicis institutis. CATO: noster: Librum ediderat Cicero Catonis nomine inscriptum, in quo Uticensem Catonem laudauerat. HORVM: librorum: qui sunt de philosophia. CVM: QYE: Aristoteles &c.: Profitetur Cicero se in arte dicendi imitatem fuisse summorum philosophorum. SVT: ILITATE: sententiarum acumine. COPIA: ubertate orationis. REFERENDI: adnumerandi philosophicis libris. AD: reliqua: quae supererant, illustranda. ACRI: prompto. NVLVM: locum: nullam partem. PATERET: esset expositus. His moribus: depravatis scilicet, ob disciplinae publicae depravationem. TEMPORIBVS: condicionibus temporis. PROLAPS: dissoluta. OPIBVS: auxilijs. REFRENANDA, atque coercenda sit: ut redeat ad officij formulam. AD: haec: studia: ad has exercitationes philosophicas. LATE: patere poterit industria. multum prodesse poterit labor: non enim rep. procurationem impedit philosophia. ACQVI: ESCVNT: delectantur. STUDIO: cura. IN: dies: quotidie magis. QVOS: aetate prouectos, & legendi studiosos. ASSEQVAR: efficiam. INSTYTUTA: mili proposita.

CICERO

AC mibi quidem explicandae philosophiae causam attulit granis casus ciuitatis; cum in armis ciuilibus nec tueri meo more remp. nec nihil age-re poteram; nec, quid potius, quod quidem me dignum esset, agerem, reperiebam. dabunt igitur mibi ueniam mei cines, uel gratiam potius habebut, quod, cum esset in unius potestate resp. neque ego me abdi, neque deserui, neque assixi, neque ita gessi, quasi homini, aut temporibus iratus; neque ita porro aut adulatus, aut admiratus fortunam sum alterius, ut me meae paeniteret. id enim ipsum a Platone, philosophiaq. didiceram, naturales esse conuersiones quasdam rerump. ut eae tum a principibus tenerentur, tum a populis, aliquando a singulis. quod cum accidisset nostrae reip. tum pristinis orbati muneribus haec studia renouare coepimus; ut & animus molestius hoc potissimum re leuaretur, & prodessemus ciuibus nostris qua re cumque possemus. in libris enim sententiam dicebamus, concionabamus, philosophiam nobis pro reip. procuratione substitutam putabamus. nunc, quoniam de rep. consuli coepit sumus, tribuenda est opera reip. uel omnis potius in ea cogitatio, & cura ponenda: tantum huic studio relinquendum, quantum uacabit a publico officio, & munere. Sed haec alias pluribus; nunc ad institutam disputationem reuertamur. Nam, cum de diuinatione Quintus frater ea disseruisset, quae superiore libro scripta sunt; satisq. ambulatum uideretur; tum in biblioteca, quae in Lyceo est, assedimus. atque ego, Accurate tu quidem, inquam, Quinte, et Stoice Stoi corum sententiam defendisti: quodq. me maxime delectat, plurimis nostris exemplis usus es, & ijs qui-

dem claris, & illustribus. dicendum est mibi igitur ad ea, quae sunt a te dicta, sed ita, nihil ut affirmem, quaeram omnia, dubitans plerumque, & mibi ipse diffidens. si enim aliquid certi haberem, quod diceret, ego ipse diuinarem, qui esse diuinationem nego. Et enim me mouet illud, quod in primis Carneades querere solebat, quarumnam rerum diuinatio est, earum ne, quae sensibus perciperentur: at eas quidem cernimus, audimus, gustamus, olfacimus, tangimus. numquid ergo in ijs rebus est, quod prouisione, aut permotione mentis magis, quam natura ipsa, sentiamus? aut nescio qui ille diuinus, si oculus captus sit, ut Tiresias fuit; possit, quae alba sint, quae nigra, dicere? aut, si furdus sit, uarietates uocum, aut modos noscere? ad nullam igitur earum rerum, quae sensu accipiuntur, diuinatio adhibetur. At qui ne in ijs quidem rebus, quae arte tractatur, diuinatione opus est. etenim ad aegros non uates, aut bariolos, sed medicos solemus adducere. nec uero, qui tibijs, aut fidibus uti uolunt, ab haruspicibus accipiunt earum tractationem, sed a musicis. eadem in litteris ratio est, reliquisq. rebus, quarum est disciplina. num censes eos, qui diuinare dicuntur, posse respondere. Sol maior ne, quam terra, sit; an tantus, quantus uideatur? Lunaq. suo lumine, an Solis utatur? Sol, Luna quem motum habeant? quem quinque stellae, quae errare dicuntur? nec haec, qui diuini habentur, proficiuntur se esse dicturos: nec eorum, quae in geometria describuntur, quae uera, quae falsa sint: sicut enim ea mathematicorum, non bariolorum. De illis uero rebus, quae in philosophia uerantur, nam quid est, quod quisquam diuinorum aut respondent soleat,

soleat, aut consuli, quid bonum sit, quid malum, quid neutrum? sunt enim haec propria philosophorum. Quid de officio? num quis haruspicem consuluit, quemadmodum sit cum parentibus, cum fratribus, cum amicis uiuendum? quemadmodum utendum pecunia? quemadmodum honore? quemadmodum imperios ad sapientes haec, non ad diuinos, referri solent. Quid, quae a physicis, aut dialecticis translatantur, num quis eorum diuinare potest, unus nem

dus sit, an plures? quae sint initia rerum, ex quibus nascuntur omnia? physicorum est ista prudentia. Quo modo autem mentientem, quem ^{Ad} ueror vocant, dissolvas? aut quemadmodum fortis resistat? quem, si necesse sit. Latino uerbo, licet acerualem appellare: sed nihil opus est; ut enim ipsa philosophia, & multa uerba Graecorum, sic sorites satis Latino sermone tritus est. ergo haec quoque dialectici dicent, non diuini.

EXPLANATIO

GRAVIS casus? acerbissimum infortunium. In armis? in discordijs, & dissensionibus. NEC nihil? nec minimum quid. ME dignum? dignitate mea. ABDIDI? abscondi, quasi timore ductus. HOMINI? Caesari dominanti. TEMPORIBVS? temporum condicionibus. ADMIRATVS? tamquam rem praeclaram, & ualde optandam. FORTVNAM? condicionem. A Platone? in octauo de rep. A principibus tenentur? gubernarentur ab optimatibus, & nobilibus. A populis? Haec gubernatio popularis dicitur. A singulis? id est regibus, aut tyrannis. Haec gubernatio Monarchia dicitur a Graecis. HALO studiis? philosophica. IN libris? in quibus publica negocia scribebantur. SENTENTIAM dicebamus,? iudicium nostrum aperiebamus. CONCIONABAMVR,? orationes habebamus. PROCVRATIOnE? administratione. NUNC? post Caesaris necem. CONSULI? rogari sententiam. OPERA? industria. HVIC studio? philosophico. VACABIT? uacuum tempus erit. LYCEO? gymnasio, quod ad imitationem Aristotelis ea appellatione honestarat Cicero. NIHIL ut affirmem,? Academicorum enim id proprium est. DIFFIDENS? an caps, & dubius. ETENIM? Rationem affert suae ambiguitatis. NATVRA? naturalibus sensibus. OCVLIS captus? caecus. MODUS? concentus. ARTE? disciplina, & regula. FIDIBVS? chordatis instrumentis musicis, ut lyra, & cithara. IN litteris? in litterarum scientia. RATIO? respectus. QVINQUE stellae? Saturus, Iuppiter, Mars, Venus, Mercurius. CONSULI? sententiam rogari. NEVTRVM? quod indifferens et ad bonum, & malum. OFFICIO? actione honesta. VTENDVM pecunia? ita, ut honestum affectat lucrum. HONORE? dignitate. IMPERIO? exercitus gubernatione. SAPIENTES? peritos, & prudentes. PHYSICIS,? naturae interpretibus. INITIA? elementa. PRUDENTIA? cognitio. MENTIEN-TEM, dissolvas? fallaciter argumentantem confutes eius scilicet nodos explicando. SORITI resistas? aceruali arguento repugnes negando additamenta. TRITVS? usitatus.

CICERO

QVID? cum quaeritur, qui sit optimus reip. statutus, quae leges, qui mores aut utiles, aut inutiles, haruspices ne ex Etruria acceruentur, an principes statuent, et delecti uiri, periti rerum ciuillium? Quod si nec earum rerum, quae subiectae sensibus sunt, ulla diuinatio est; nec earum, quae artibus continentur; nec earum, quae in philosophia differuntur; nec earum, quae in rep. uersantur: quarum rerum sit, nihil prouersus intelligo. nam aut omnium debet esse: aut aliqua ei materia danda est, in qua uersari possit. sed nec omnium diuinatio est, ut ratio docuit; nec locus, nec materia innenit, cui diuinationem praeficere possimus: uide igitur, ne nulla sit diuinatio. est quidem Graecus uulgaris in banc sententiam uersus:

Bene qui coniicit, uatem hunc perhibeto optimum. num igitur, aut quae tempestas impendeat, uates melius coniicit, quam gubernator; aut morbi naturam acutius, quam medicus; aut belli administrationem prudentius, quam imperator, conjectura asequetur? Sed animaduerti. Quincke, te caute, & ab ijs coniicit, quae habent artem, atque prudentiam, & ab ijs rebus, quae sensibus, aut artificiis perciperentur, abducere diuinationem, eamq. ita definiere, diuinationem esse earum rerum praedictionem, & prae-
fessionem, quae esent fortuitae. Primum eodem re-

uolueris. nam & medici, & gubernatoris, & imperatoris praesensio est rerum fortuitarum. num igitur aut haruspex, aut augur, aut uates quis, aut somnians melius coniecerit, aut ex morbo euasum aerogrotum, aut ex periculo nauem, aut ex insidiis exercitum, quam medicus, quam gubernator, quam imperator? Atqui ne illa quidem diuinantis esse dicebas, uentos, aut imbre impendentes quibusdam praesentire signis: in quo nostra quaedam Aratea memoriter a te pronunciata sunt. et si haec ipsa fortuita sunt: plerumque enim, non semper eueniunt. Quae est igitur, aut ubi uersatur fortuitarum rerum praesensio? quam diuinationem uocas. quae enim praesentiri aut arte, aut ratione, aut usu, aut coniectura posunt, ea non diuinis tribuenda putas, sed peritis. ita relinquuntur, ut ea fortuita diuinari possint, quae nulla nec arte, nec sapientia prouideri possunt: ut si quis M. Marcellum illum, qui ter consul fuit, multis annis ante dixisset nanfragio esse peritum, diuinasset profecto: nulla enim arte alia, nec sapientia id scire potuisset. talium ergo rerum, quae in fortuna posita sunt, praesensio diuinatio est, potest ne igitur earum rerum, quae nihil habent rationis, quare futurae sunt, ulla esse praesensio? quid est enim aliud fors, quid fortuna, quid casus, quid euentus, nisi cum sic aliquid cecidit, sic euenerit, ut uel

uel non cadere, atque euenire, uel aliter cadere, atque euenire potuerit? quo modo ergo id, quod temere fit, caeco casu, & uolubilitate fortunae, praesentiri, & praedici potest? medicus morbi ingraueſcēt ratione prouidet, insidias imperator, tempestates gubernator: tamen hi ipsi saepe falluntur, qui nihil sine certa ratione opinantur: ut agricola, cū florem oleae

uidet, baccam quoque se uisurum putat: non sine ratione ille quidem: sed non numquam tamen fallitur, quod si falluntur ij, qui nihil sine aliqua probabili coniectura, ac ratione dicunt: quid ex illud mandum est de coniectura eorum, qui extis, aut auibus, aut osentis, aut oraculis, aut somnijs futura praesentint?

EXPLANATIO

STATVS? condicio. **MORES?** consuetudines, ritus. **PRINCIPES?** nobiles. **DELECTI?** eximij, egregij. **QVOD SI?** A sufficienti enumeratione partium concludit diuinationem esse nullam. **NAM AUT OMNIS?** Rationem assertiuae conclusionis. **PRAEFICERE?** praeponere. **BENE QUI CONIUCET,** &c. **SI MATERIA?** ap̄ 505 s̄i ei καὶ οὐ καλῶς. **CONIUCET?** signis praenosceret. **IMPENDEAT?** immineat. **GVBERNATOR?** na- nus rector usu edocet. **NATVRAM?** genus. **ASSEQVATVR?** intelliget. **CAVTE?** circumspecte. **ARTIFICIIS?** formulis artium. **ABDVCERE?** amovere. **EODEM?** ad eandem ambiguitatem. **FORTV- TARVM?** plerumque, non semper euenientium. **DIVINANTIS?** esse? ad diuinationem pertinere. **NO- STRA** quaedam **Aratea?** nostra quaedam carmina ad Arati imitationem scripta. **AVT UBI?** aut in qua materia subiecta. **PERITIS?** callentibus. **M. MARCELLVM?** Hic M. Marcellus nepos fuit eius Marcelli, qui bello Punico secundo expugnauit Syracusas, & naufragio ad ipsam Africam periit paullo ante coeptum bellum Punicum tertium. **POTEST NE IGITUR?** Negat Cicero etiam hanc partem rerum fortuitarum pertinere posse ad diuinationem. **RATIONIS?** causae, a qua pendent. **FORS?** exitus aliquis inopinus. **CAECI?** improvidi, & bruto lapsi. **VOLVIBILITATE?** inconsistitia. **RATIONE?** medici peritia. **INSIDIAS?** ho- stiles dolos. **TEMPESTATES?** uentorum, impetus & fluctuum procellas. **PROBABILI CONIECTURA?** uer- simili iudicio. **EXTIS?** extorum inspectione. **OSTENTIS?** monstris. **ORACVLIS?** furoribus, & ua- tincinijs.

CICERO

NONDVM dico, quam haec signa nulla sint, fis- sum iecoris, corui cantus, uolatus aquilae, stellae trajectio, uoces furentium, fortes, somnia: de quibus singulis dicam suo loco; nunc de uniuersis. Qui potest prouideri, quidquam futurum esse, quod ne- que causam habet ullam, neque notam cur futurum sit? Solis defectiones, itemq. Lunae praedicuntur in multos annos ab ijs, qui siderum cursus, & motus numeris persequuntur. ea enim praedicunt, quae na- turae necessitas perfectura est. uident ex constantissi- mo motu Lunae, quando illa e regione Solis facta in- currat in umbram terrae, quae est meta noctis, ut ea obscurari neceſſe sit; quandoq. eadem Luna subiecta Soli, atque opposita nostris oculis, eius lumen obscu- ret: quo in signo quaeque errantium stellarum, quo- que tempore futura sit; qui exortus quoque die signi alicuius, aut qui occasus futurus sit. haec qui ante dicunt, quam rationem sequantur uides: qui thesa- rum inuenturum, aut hereditatem uenturam di- cunt, quid sequuntur? aut in qua rerum natura in- est, id futurum? quod si ea, quae sunt eiusdem gene- ris, habent aliquam tamē necessitatē: quid est tan- dem, quod casu fieri, aut forte fortuna putemus? ni- bil enim est tam contrarium rationi, & constantiae, quam fortuna: ut mibi ne in deum quidem cadere ui- deatur, ut sciat quid casu, & fortuito futurum sit. si enim scit, certe illud eueniet. sin certe eueniet, nulla fortuna est. est autem fortuna: rerum igitur for- tuitarum nulla est praesensio. aut, si negas esse for- tunam, & omnia, quae fiunt, quaeque futura sunt, ex omni aeternitate definita dicis esse fataliter: mu- ta definitionem diuinationis, quam dicebas praesen- tionem esse rerum fortuitarum. si enim nihil fieri po-

test, nihil accidere, nihil euenire, nisi quod ab omni aeternitate certum fuerit esse futurum rato tempo- re: quae potest esse fortuna? qua sublata, qui locus est diuinationi? qua a te fortuitarum rerum est di- cta praesensio. Quamquam dicebas, omnia, quae fierent, futura ne essent, fato contineri. anile sane, & plenum superstitionis fati nomen ipsum: sed tamē apud Stoicos de isto fato multa dicuntur, de quo alias: nunc quod necesse est. Si omnia fato: quid mihi diuinatio prodest? quod enim is, qui diuinat, praeditus, id uero futurum est: ut ne illud quidem sciam quale sit, quod Deiotarum, familiarem no- strum, ex itinere aquila reuocauit. qui nisi reuocat- set, in eo conclavi ei cubandum fuissest, quod proxima nocte corruit. ruinaigit oppressus est, atid neque, si fatum fuerat, effugisset; nec, si non fuerat, in eum casum incidiisset. quid ergo adiuuat diuina- tio? aut quid est, quod me moueant aut fortes; aut exta, aut ulla praedictio? si enim fatum fuit, classes populi R. bello Punico primo alteram naufragio, al- teram a Poenis depresso interire: etiam si tripu- diu n solliſtimum pulli fecissent, L. Junio, & P. Clo- dio cos. classes tamen interirent. sin, cum auspicijs obtuperatum effet, interiturae classes non fuerint: non interierunt fato. uultis autem omnia fato: nulla igitur est diuinatio. Quod si fatum fuit, bello Pun- ico secundo exercitum populi R. ad lacum Thrasime- num interire: num id mutari potuit, si Flaminius cur- ful ijs signis, ijsq. auspicijs, quibus pugnare prohibebatur, paruissest certe potuit. aut igitur non fato interiit exercitus; mutari enim fata non possunt: aut, si fato, quod certe nobis ita dicendum est: etiam si obtemperasset auspicijs, idem euenturum fuissest, ubi

ubi eligitur diuinatio ista Stoicorum? quae, si fato omnia sunt, nihil nos admonere potest, ut cautores sumus, quoquo enim modo nos gesserimus, sicut tamen illud, quod futurum est, sic autem id potest flecti:

EXPLANATIO

NVLLA sunt, & nihil significant. QVI & quo modo, qua ratione. NOTAM? signum NVMERIS per-
quantur: & Mathematica numerorum supputatione obseruant. NATVRAE necessitas, &c. & naturalis condicio siderum necessario perfectura est. CONSTANTISSIMO & invariabili. E regiane & ad op-
positam regionem. META noctis & veluti figura metae, constitutre noctem. OBSCVR ET: & obtenebret.
QVO in signo & ex duodecim figuratis in circulo, qui ob id Signifer dicitur. QVID sequuntur? Astrologi,
inquit, caussas habent certas, & invariabiles: qui uero thesauri inuentionem praedicunt, nullam penitus. IN
qua rerum natura & in qua parte rerum naturalium. EVSDEM generis, & eiusdem naturae, cuius thesau-
rum, & hereditas. TALEM necessitatem & similem caussam necessario producentem. FORTE fortuna &
fortuito euentu. RATIONI, & constantiae, & caussae invariabili. CERTE & immutabiliter. NVLLA for-
tuna est & quia ipsius natura inconstans est, & caeca. EST autem fortuna & hoc est fortiuiti euentus, ut patet
omnium fore nationum conlens, & ipsa fortunae appellatione, quae non est, si res ipsa e rerum natura tol-
leretur. Ex omni aeternitate & ex quo fuit suprema natura, & diuina prouidentia. FATALITER & necessi-
tate quadam. Si enim ostendit caussam, cur mutare debeat definitionem diuinationis. AB omni aeternita-
te & supra & sempiterna caussarum caussa, omnia infallibiliter prouidente, quam fatum vocant. CER-
TVM & statutum. RATO & statuto. QVAE potest esse & quasi dicat, nulla potest esse. ANILE & unum, & nul-
lum. Ita Iuuinalis de fortuna,

Nullum numen abest, si sit prudentia; sed te

Nos facimus, Fortuna, deam, caeloq; locamus.

SUPERSTITIONIS & inanis religionis. DE quo alias: & nimur in libro de Fato. QVID mibi diuinatio
prodest? Diuinorum uanitatem ridet Phauorinus apud Gellium, nec esse consulendos monet his uerbis,
Aut aduersa inquit euentura dicunt, aut prospera, si dicunt prospera, & fallunt, miser fies frustra expectando.
si aduersa dicunt, & mentiuntur, miser fies frustra timendo. si uera respondent, eaq; sunt non prospera, iam
inde ex animo miser fies, antequam & fato fias. si felicia promittunt, eaq; euentura sunt, tum plane duo erunt
incommoda, & expectatio te spei suspensum fatigabit, & futurum gaudi fructum spes tibi iam deflorau-
rit: nullo igitur pacto utendum est istiusmodi hominibus res futuras praefagientibus. Haec ille. VERO futu-
rum est & firmiter, infallibiliter, futurum est. QUALE & cuius qualitatis. CVBANDVM & jacendum, & per-
noctandum. FATUM & constans & invariabile. MOVEANT & conturbent. NVLLA & nullius momenti. Vo-
bis Stoicis. VBI est igitur &c. nulla est, inquit, subiecta materia, in qua ueretur haec diuinatio. CAV-
TIORES & prudentiores in declinandis impendentibus periculis. FLECTI & declinari. Ne diuinatio quidem, & subaudi, est. PROCYRATIONE & depulsione, remedio. Haec tamen non esse diuinationem alle-
uerauit.

CICERO

ATQUE ego ne utilem quidem arbitror esse no-
bis futurorum rerum scientiam, quae enim ui-
ta suisset Priamo, si ab adolescentia scisset, quos
euentus senectutis esset habiturus? abeamus a fabu-
lis: propiora uideamus. Clarissimum hominum
nostrae ciuitatis, grauiissimos exitus in Consolatione
collegimus. quid igitur & ut omittamus superiores,
M. ne Crasso putas utile suisse, tum, cum maxi-
mis opibus, fortunisq; floreat, scire, sibi, interfe-
cto Publio filio, exercituq; deletio, trans Euphra-
tem cum ignominia, & dedecore esse pereundum?
An. Cn. Pompeium censes, tribus suis consulatibus,
tribus triumphis, maximarum rerum gloria, laeta-
turum suisse, si sciret se in solitudine Aegyptiorum
trucidatum iri amissio exercitu, post mortem uero ea
consecutra, quae sine lacrymis non possumus dice-
re? Quid uero Caesarem putamus? si diuinasset fo-
re, ut in eo senatu, quem maiore ex parte ipse
cooptasset, in curia Pompeiana, ante ipsius Pompei
simulacrum, tot centurionibus suis inspectanti-
bus, a nobilissimis ciuib; partim etiam a se omni-

bus rebus ornatis, trucidatus ita iaceret, ut ad eius
corpus non modo amicorum, sed ne seruorum qui-
dem quisquam accederet; quo cruciatu animi ui-
tam atturum fuisse? certe igitur ignoratio futuro-
rum malorum utilior est, quam scientia. Nam illo
quidem dici, praesertim a Stoicis, nullo modo po-
test: non scisset ad arma Pompeius: non transisset
Crassus Eupratem: non suscepisset bellum ciuile
Caesar. Non igitur fatales exitus habuerunt. uultis
autem eueniare omnia fato: nihil ergo profuisset illis
diuinare: atque etiam omnem fructum uitae superio-
ris perdidissent. quid enim posset ijs esse laetum, ex-
itus suos cogitantiibus: ita, quoquo se uerterint Sto-
ici, iaceat neesse est omnis eorum sollertia. si enim,
quod euenturum est, uel hoc, uel illo modo potest eu-
enire: fortuna ualeat plurimum: quae autem fortuita
sunt, certa esse non possunt. si autem certum est,
quid quaque de re, quoq; tempore futurum sit: quid
est, quod me adiuuent barufices, cum res tristissi-
mas portendi dixerint? Addunt ad extremum, om-
nia leuius casura, rebus diuinis procuratis. si enim
nihil

nihil fit extra fatum, nihil leuari re diuina potest. hoc sentit Homerus, cum querentem Iouem inducit, quod Sarpedonem filium a morte contra factum eripere non posset. hoc idem significat Graecus ille in eam sententiam uersus:

Quod fore paratum est, id summu exsuperat Iouem. totum omnino: fatum etiam Atellanio uersu iure mihi esse irrisum uidetur. sed in rebus tam severis non est iocandi locus. concludatur ergo ratio. Si enim prouideri nihil potest fututum esse eorum, quae casu fiunt, quia esse certa non possunt: diuinatio nulla est. sin autem siccirco possunt prouideri, quia certa sunt, & fatalia: rursus diuinatio nulla est: eam enim tu fortuitarum rerum esse dicebas. Sed haec fuerit nobis tanquam leuis armaturae prima orationis excusio: nunc comminus agamus: experiamur itaque, si possumus cornua commouere disputationis tuae.

Duo enim genera diuinandi esse dicebas, unum artificiosum, alterum naturale: artificiosum constare partim ex conjectura, partim ex obseruatione diuina: naturale, quod animus arriperet, aut exciperet extrinsecus ex diuinitate, unde omnes animos hauatos, aut acepros, aut libatos haberemus. Artificiosae diuinationis illa fere genera ponebas, extispicum, eorumque, qui ex fulguribus, ostentisq. praedicerent, tum augurum, eorumque, qui signis, aut omnibus uterentur: omneq. genus conjecturale in hoc fere genere ponebas. illud autem naturale, aut concitatione mentis edi, & quasi fundi uidebatur, aut animo per somnum sensibus, & curis uacuo prouideri. duxisti autem diuinationem omnem a tribus rebus, a deo, a fato, a natura. sed tamen, cum explicare nihil posses, pugnasti commentiorum exemplum misifica copia. de quo primo hoc tibet dicere.

EXPLANATIO

ATQUE ego & ostendit M. Cicero, diuinationem, etiam si esset fore damnosam. QVAE uita & quam axia uita. PROPIORA & recentiora. GRAVISSIMOS & acerbissimos. OPIBVS, fortunis que & diuinis, & clientelis. TRIBVS triumphis & uidelicet, Europaeo, Libyco, & Asiatico. EA, quae sine lacrymis &c. & uidelicet oppressionem reip. interitum libertatis, & legum, Caesaream denique tyrannidem. SENATV & senatorum coetu. COOPTASSET & elegisset, substituendo in aliorum locum. POMPEIANA, & a Cn. Pompeio dedicata Victoriae. ORNATIS & honestatis, & in primis Bruto, qui Caesaris filius habebatur. NAM illud Remouet Cicero Stoicorum obiectiōnēm, asseriūtū necessitatēm fatālēm, & praeſēntiōnēm rērum futūrū. Non igitur &c. & inconueniens est, inquit, dicere aliiquid caueri posse, quod necessario sit futurum. DIVINARE & praenoscere. FRVCTVM & oblectatiōnēm. IACEAT & cesseret. SOLLERTIA & callida argumentatiō. ADIVVENT & subleuent, dicentes posse leuius reddi imminens malum. TRISTISSIMAS & infeliciſſimas. LEVIVS & tolerabilius. Vnde Seneca, Quae multo ante prouisa sunt, languidus incurrit. PROCVRATIS & celebrait. NIHIL leuari & nullum imminens malum leuius reddi. HOMERVS & xv. Iliados, ubi Iouem sic loquentem inducit: Heu mihi quoniam fatale est dilectissimum Sarpedonem a Patre clo Menoetiade superari. ATELLANIO & Satyrico. Atellanae dictae sunt Latinæ Satyræ, ab Atella Oscorum ciuitate, in qua primum coepit. SEVERIS & graibus, & seris. RATIO & argumentum contra Stoicos. COMMINVIS & proprius. CORNUA & duas robustissimas acies, uidelicet naturalem, & artificiale diuinationem: quas Cicero cornua uocat, translatione re militari sumpta, in qua robustissimæ uires exercitus nunc Cornua, nunc Alae dicuntur. CONJECTURA & obseruatione signorum. ANIMVS & uniuscuiusque hominis. ARRIPERET & celeriter ad se raperet. EXCIPERET & in se conciperet. EXTRINSECVS ex diuinitate ab aethere extrinsecus ambiente omnem animam. HAVSTOS, aut libatos haberemus & toto pectore conciperemus. quasi potum, aut cibum aliquem. Aetheris naturam ad diuinandi scientiam conferre, testificatus est Hiarchas Indus, quem Apollonio Thianeo ita dixisse ferunt: Mirari nemo debet, o Apolloni, te diuinandi scientiam consecutum, cum tantum aetheris in anima geras. OMINTBVS & uocibus humanis, infignum acceptis. Hoc genere & artificiosae diuinationis. CONCITATIONE & feruore. EDI & emittri. FVNDI & liquefieri, & extendi. Id uerbum a metallariis usurpatum est, quo & liquefactionem igni factam, & liquefacti metalli extensionem innuit. ANIMO sensibus, & curis uacuo & abstracto a corpore a mole, in qua uigent sensus, & solliciti sumus. DVXISTI & originasti. EXPLICARE & rationibus confirmare. COMMENTIORVM & factorum.

CICERO

HOc ego philosophi non arbitror, testibus uti; qui aut casu ueri, aut malitia falsi, ficti. q. esse possunt. argumentis, & rationibus oportet, quare quidque ita sit, docere, non euentis, ijs praesertim, quibus mibi liceat non credere. ut ordinar ab haruspicina, quam ego reip. causa, communisq. religionis colendam censeo: sed soli sumus: licet uerum exquisire sine inuidia, mibi praesertim de plerisque dubitanti: inspiciamus, si placet, exta primum. Persuaderi igitur cuiquam potest, ea, quae significari dicuntur extis, cognita esse ab haruspibus obseruatione

diuina? ecquam diuina ista fuit? aut quam longinquum tempore obseruari potuit? aut quomodo est collata inter ipsos, quae pars inimici, quae pars familiaris esset; quod fīsum periculum, quod commodum aliud offendere? an haec inter se haruspices Estrisci, Elij, Aegypti, Poeni contulerunt? at id, praeterquam quod fieri non potuit, ne fingi quidem potest. alios enim alio more uidemus exta interpretari, nec esse unam omnium disciplinam. & certe, si est in extis aliqua uis, quae declarat futura: neceſſe est eam aut cum rerum natura esse coniunctam, aut conforma-

conformari quodam modo numine deorum, uiq. dini na cum rerum natura tanta, tamq. praeclara, in omnes partes, motusq. diffusa, quid habere potest commune, non dicam gallinaceum fel, (sunt enim, qui uel argutissima haec exta esse dicant) sed tauri opimi iecur, aut cor, aut pulmo quid habet naturale, quod declarare possit, quid futurum sit? Democritus tamen non inscire nugatur, ut physicus: quo genere nihil arrogantius.

Quod est ante pedes, nemo spectat: caeli scrutantur plagas. rerum is tamen habitu extorum, & colore declarari censem, hoc dumtaxat, pabuli genus, & earum rerum, quas terra procreet, uel ubertatem, uel tenuitatem: salubritatem etiam, aut pestilentiam extis significari putat. O mortalem beatum: cui certo scio ludum numquam defuisse, huncine hominem tantis delestatum esse nugis, ut non uidetur, tum futurum id uerisimile, si omnium pecudum exta eodem tempore in eundem habitum se, coloremq. converterent? sed, si eadem hora aliae pecudis iecur nitidum, atque plenum est, aliae horridum, & exsile: quid est, quod declarari possit habitu extorum, & colore? an hoc eiusdem modi est, quale Pherecydeum illud, quod est a te dictum? qui, cum aquam uidisset ex puto haustam, terrae motum dixit futurum. parum, credo, impudenter, quod, cum factus esset motus, dicere audent, quae uis id efficerit: etiam ne, futurum esse, aquae ingis colore praesentum? Multa iesiūmodi dicuntur in scholis: sed, credere omnia, uide ne non sit necesse. uerum sint sane ista Democritea uera. quando ea nos extis exquirimus? aut quando aliquid eiusmodi, ab haruspice inspectis extis, audiuiimus? ab aqua, aut ab igni pericula monent: tum hereditates, tum damna denunciant: fissum familiare, & uitale tractant: caput iecoris ex omni parte diligentissime considerant: si uero id non est inuentum, nihil putant accidere posuisse trifluis. haec obseruari certe non potuerunt,

ut supra docui. sunt igitur artis inuenta, non ueteris statis; si est ars ulla rerum incognitarum. Cum rerum autem natura quam cognitionem habent? quae ut uno consensu iuncta sit, & continens; quod nido physicis placuisse, eisq. maxime, qui omne, quod esset, unum esse dixerunt: quid habere mundus potest cum thesauri inuentione coniunctum? si enim extis pecuniae mibi amplificatio ostenditur, idq. sit natura: primum exta sunt coniuncta mundo; deinde meum lucrum natura rerum continetur. non ne pudet physicos haec dicere? ut enim iam sit aliqua in natura rerum cognatio, quam esse concedo: (multa enim Stoici colligunt: nam & musculorum iecuscula bruma dicuntur augeri, & pulchrum aridum floescere ipso brumali die, & inflatas rumpi uesculas, & semina malorum, quae in his medijs inclusa sint, in contrarias partes se uertere: iam neutrinos in fidibus alijs pulsis resonare alios; ostreisq. & conchilijs omnibus contingere, ut cum Luna crescent pariter, pariterq. decrescent; arboresq. ut hibernali tempore, cum Luna simul senescentes, quia tum exsiccatae sint, tempestiuē caedi putentur. quid de fretis, aut de marinis aestibus plura dicam? quorum accessus, & recessus Lunae motu gubernantur. sexcenta licet eiusmodi proferri, ut distantium rerum cognitione naturalis appareat) demus hoc: nihil enim huic disputationi aduersatur: numeriam, si fissum cuiusdammodi fuerit in iecore, lucrum ostenditur? quia ex cognitione naturae, & quasi concentu, atque consensu, quam συμπάθεια Graeci appellant, conuenire potest, aut fissum iecoris cum lucello meo, aut meus quaesticulus cum caelo, terra, rerumq. natura? concedam hoc ipsum, si uis: et si magnam iacturam causae fecero, si ullam esse conuenientiam naturae cum extis concessero: sed tamen eo concessio, qui evenit, ut is, qui impetrare ueli conuenientem hostiam rebus suis immoler? hoc erat, quod ego non rebar posse dissolui. at quam festiuē dissoluitur.

EXPLANATIO

VT ordinar ab haruspicina, & in specie se de diuinatione disputaturum dicitur Cicero. REIP. causaꝝ publici commodi gratia. COLENDAM &c. exercendam. SOLI sumus: & non est, a quibus cauere debeamus. SINE iniuria &c. sine offensione imperitorum. De plerisque dubitanti: &c. Academice philosophanti. COLLATA &c. communicata. QVAE pars inimici eset &c. quid pertineret ad inimicum, siue inimicitiam significaret. QVOD fissum &c. quae rima scilicet in iecore. FINGI &c. rationabiliter imaginari. VNAM &c. similem. VISS efficacia. CONFORMARI quodammodo &c. componi, si ita dicere licet. NVMINE &c. maiestate, essentia. VISS efficacia, potestate. RERVM natura &c. sensibilium generatio. TANTA &c. tam ampla. PRAECLARA &c. excelsa, illustris. IN omnes partes, motusq. &c. in uniuersum ambitum mobilem. DIFFUSA &c. extenta. ARGUTISSIMA &c. significandis rebus aptissima. NATURALE &c. proprium. Non inscire nugatur &c. impudenter loquitur. QVO genere &c. hominum scilicet in physici's nugantium. Nihil arrogantius &c. non inuenitur aliud impudentius, cum aperte mentiantur, & tamen naturae interpretationem sibi uindicent. QVOD est ante pedes, &c. Taxat Democriti uanitatem uerusto carmine, quale ancilla respondisse dicitur Thales in foneam delaplo, dum caeli templa suspiceret. Socrates certe laudandus, qui de caelo ad urbes philosophiam denocauit. Is &c. Democritus. HABITU &c. qualitate, dispositiōne, ut pinguedine, ac macie: GENVS &c. naturam. TENUITATEM &c. exilitatem. LVDVM &c. risum. Ita luenalis.

Perpetuo risu pulmonem agitare solebat
Democritus.

HVNCCINE &c. Non decuit, inquit Cicero, talem, tantumq. uirum in nugis contriuissē curas. HABITVM &c. naturae qualitatem. PLENVM &c. pingue. HORRIDVM &c. male coloratum. EXSILE: &c. macie conjectum extenuatum, & rimosum. PARVM impudenter &c. cum aliqua impudentia. A QVAE ingis colore praesentuntur &c.

R acsi

ac si dicat M.Cicero, Absurdum est aquae perpetuo scatentis colore praefigiri motum terrae. In scholis; in umbratili philosophantium dissertatione. ISTA Democritea; quae Democriti haruspicinam aemulari intenduntur. EA; Nihil tale, inquit Cicero, ab haruspibus exquirimus, aut enunciatum audiuiimus, ex colore extorum, quale ipsi ex coloribus aquae enunciant, quasi haruspicum aemularores. AB aqua; hydromantici. AB igni; Pyromantici. MOVENT; praedican. FISSVM familiare; iecoris rimam propitiam, TRACTANT; tractantes considerant. CAPVT iecoris; principaliorem partem iecoris. Ita in primo de diuin. Postero die caput in iecore non fuit. NON potuerunt; longo scilicet tempore. Si est ars ulla; Academicum agit, omnia in dubium reuocans, & iure optimo reuocat, cum res incognitae artificiali formula non comprehendantur. CVM rerum natura; cum particularibus naturalis. QVAE ut uno consensu innata sit &c.; Quamuis inquit unaquaeq. res naturalis iungatur, & continueatur unica natura communis, in qua omnes sentiunt, & fiunt unum, quod priscis naturae interpretibus placuit, qui etiam id unum ex omnibus mundum vocauere, non tamen video quomodo hic mundus consentiat, & communicet cum inuentione thesauri. MEVM lucrum; inuentio thesauri. VT enim; quamuis enim. COGNATIO; coniunctio, communicatio. MYSCVLORVM; paruorum murium. BRVMALI die, primo die hiemis. Plinius, Miretur, inquit, hoc, qui non meminerit ipso brumali, die pulegium in carnarijs florere. adeo nihil esse occultum natura vult. IAM neruos &c.; Neruias, in fidibus, alias digitis pelli, alias sonare, satis superq. compertum est. PYLSIS; tactis plectro, aut digitis. SENESCENTES; arescentes. TEMPESTIVE; opportune. DISTANTIVM; separatarum. COGNATIO; coniunctio, communicatio. DEMVS hoc; concedamus esse naturalem cognitionem. CVIVSDAM modi; id est, tale, aut non tale. NVM etiam lucrum ostenditur? ac si dicat id fieri non potest cognitione naturae. ZEPYRUS; Sympathia, componitur a sov, id est, Cum, & περιστατικη, id est, patior Latine; cui contraria est οπισθια. Sympathia a Cicerone consensus transfertur, quoniam compassio dura est Latinorum auribus appellatio. CONVENIRE; consentire. LVCEULLO meo; paruo meo lucro. QVAESTICVLVS; exiguis quaestus. RERVM natura; qualitate, ac genere. CAVSSAE; disputationi. QVI euenit, quomodo euenit. IMPETRARE; Vetusum verbum, quo haruspices utebantur, pro impetrare, obtinere. REBUS suis; quas scilicet obtinere uelit. HOC erat; Stoicorum, inquit, ratio haec erat: nimirum cognatio, consensus naturae, coniunctio, & nodus quidam naturalis, qui etsi mihi aliquando uisu est indissolubilis, facile tamen dissoluitur.

C I C E R O

PVDET me nō tui quidem, cuius etiam memoriam admiror, sed Chrysippi, Antipatri, Posidonii, qui idem istuc quidem dicunt, quod est dictum a te, ad hostiam deligēdam ducem esse nūm quandam sentientem, atque diuinam, quae toto confusa mundo sit. Illud uero multo etiam melius, quod & a te usurpatum est, & dicitur ab illis: cum immolare quipiam uelit, tum fieri extorum mutationem, ut aut absit aliquid, aut superfis: deorum enim numini parere omnia. Haec, mibi iam crede, ne aniculae quidem existimant, an censes, eundem uitulum si aliis delegerit, sine capite iecur inuenturum; si aliis, cum capite? haec deceffio capitis, aut accessio subito ne fieri potest, ut se exta ad immolantis fortunam accommodent? non perspicitis, aleam quandam inesse hostiis deligidis, praesertim cū res ipsa doceat? cum enim triſiſſima exta sine capite fuerunt, quibus nihil uidetur esse dirius: proxima hostia litanter saepe pulcherrime, ubi illae minae superiorū extorum? aut quae tam subita faſta est deorum tanta placatio? Sed affers, in taure opimi extis immolante Caesare cor non fuſſe: id quia non potuerit accidere, ut sine corde uictima illa uiueret, iudicandum esse, tum interiffe cor, cum immolareetur. Qui fit, ut alterum intelligas, sine corde non potuisse bouem uiuere: alterum, non uideas, cor subito non potuisse ne-

scio quo auolare? ego enim possum uel nescire, quae uis sit cordis ad uiuendum: uel suspicari, contactum aliquo morbo bovis exsile, et exiguum et uictum cor, & dissimile cordis fuſſe. tu uero quid habes, quare putas, si paulo ante cor fuerit in tauro opimo, subito id in ipsa immolatione interiffe? an, quod adspexit uelitu purpureo exordem Caesarem, ipse corde priuatus est: urbem philosophiae, mibi crede, prodidit, dum castella defenditis. nam, dum haruspicinam ueram esse uultis, physiologiam totam pernertis. Caput est in iecore, cor in extis: iam abscedet, simul ac molam, & uinum inspersis. deus id eripiet, uis aliqua conficiet, aut exedet. Non ergo omnium interitus, atque obitus natura conficiet: & erit aliquid, quod aut ex nibilo oriatur, aut in nibilum subito occidat. quis hoc physicus dixit umquam? haruspices dicunt. his igitur, quam physicis, potius credendum existimas? Quid, cum pluribus diis immolatur, qui tandem euenit, ut litetur alijs, alijs non litetur? quae autem inconstantia deorum est, ut primi minentur extis, bene promittant secundis? aut tanta inter eos diſenſio, saepe etiam inter proximos, ut Apollinis exta bona sint, Diana non bona? quid est tam perspicuum, quam, cum fortuito hostiae adducantur, talia cuique exta esse, qualis cuique obtinet hostia?

EXPLANATIO

MEMORIAM; quam recensendis Stoicorum rationibus, & magna exemplorum copia ostendisti. SENTIENTEM; nimirum per naturae consensum. QVAE toto confusa mundo sit. & proinde omnia sentiat. NUMINI; potentiae. HAEC; quae de duce diligente hostiam dicta sunt, & de mutatione extorum.

num. ANICVLAE sunt uetulae delirantes, ac superstitiose. ALIVS unus quispiam alterius condicioneis. Si alius cum capite est ac si dicat non est credendum, ut extra se accommodent ad condicione illius, qui hostiam deligit. ALEAM est forte quendam. IPSA res est experientia. DIRIVS est infelicius. Dirum dicitur, quasi ira deorum. PROXIMA hostia litatur est altera hostia proxime, confessimq; litatur ab eodem scilicet, qui primam litatus est. PVLCHERRIME est felicissime. SUPERIORVM extorum est quae portendebantur per extra prioris hostiae. OPIMI est pinguis, bona habitudinis, ut mirum fuerit cor non habuisse. QVI fit est quomodo euenit. EGO enim est qui Academicam gero personam. EXSILE est tenue. EXIGVVM est paruum. VIE-
TVM est uitiatum, uiribus priuatum, languidum. QVID babes, est qua ratione duceris. AN quod adspexit est locatur Satyrice, Caesarem taxans. PVRPVRERO est Regio, & Pontificio. EXORDIUM est sine prudentia: quoniam, dum in patria libera imperare uoluit, nobilissimos ciues in suam necem irritauit. VREDEM philosophiae, est Translatione sumpta re militari, in qua urbes interdum deseruntur, ut paruae quaedam munitio-
nes defendantur, ostendit M. Cicero, Stoicos, dum extorum uim defendunt, deserere omnes formulas philosophiae, & illius dignitati aduersari. NAM est ostendit exemplo, quod per translationem enunciauerat. PHYSIOLOGIAM est rationem rerum naturalium. PERVERTITIS est depravatis ea afferendo, quae naturae ratio non admittit. SIMVL ac est cum primum. MOLAM, est farinam ita a Molendo dictam, quam sale adspergebant, sacrificantes, hinc Virgilia salsas fruges appellauit, quibus uictimarum capita oblinebantur. DEVVS est efficacia diuina. CONFICET est consumet. AVT exedet est quasi animal. NATURA est naturalis. QVI est hoc physicus &c. est quasi dicat, Per uiam naturae non conceditur aliiquid ex nihilo oriri, & in nihilum recidere. QVI enenit, est quo modo enenit. LITETVR alijs est sacrificio placentur dij nonnulli. INCONSTAN-
TIA est uolubilitas. DISSENSIO est discordia. PROXIMOS, est coniunctissimos genere. QVID est tam perspicuum est Negat M. Cicero extra hostiarum non se accommodare ad condicione alicuius, quia adducantur ex delectione cuius deus ipse sit dux, nam hostiae ipsae fortuito adducuntur.

C I C E R O

AT enim id ipsum habet aliiquid diuini, quae cuique hostie obtingat, tamquam in sortibus quae ei dicuntur. Mox de sortibus, quamquam tu quidem non hostiarum casum confirmans sortium similitudine, sed infirmas sortes collatione hostiarum. An, cum in Aequimelium misimus qui afferat agnum, quem immolemus, is mibi agnus afferetur, qui habet extra rebus accommodata, & ad eum agnum non ca-
su, sed duce deo seruus deducitur? nam, si casum in eo quoque dicitur esse, quasi sortem quandam cum deo-
rum uoluntate coniunctam: doleo tantam Stoicos nos-
tros Epicureis irridendi sui facultatem dedisse. non
enim ignoras, quam ista derideant. & quidem illi
facilius facere possunt: deos enim ipsos, iocandi, caus-
sa, induxit Epicurus perlucidos, & perfidios, &
habitantes, tamquam inter duos lucos, sic inter duos
mundos propter metum ruinarum; eosq; habere pu-
tat eadem membra, quae nos, nec ullum usum habe-
re membrorum. ergo is, circuitione quadam deos tol-
lens, recte non dubitat diuinationem tollere. sed non,
ut hic sibi constat, item Stoici. illius enim deus nihil
habens nec sibi, nec alieni negotij, non potest homi-
nibus diuinationem impetrare: uester autem deus po-
test non impetrare, ut nibil minus mundum regat, et
hominibus consulat. cur igitur nos inducitis in eas
captiones, quas numquam explicetis? ita enim, cum
magis properant, concludere solent. si dij sunt, est
diuinatio. sunt autem dii, est ergo diuinatio. multo est
probabilis: non est autem diuinatio, non sunt ergo
dij. uide, quam temere committant, ut, si nulla sit
diuinatio, nulli sint dij. diuinatio enim perspicue tolli-
tur: deos esse, retinendum est. Atque, hac extispicum
diuinatione sublata, omnis haruspicina sublata est:
ostenta enim sequuntur, & fulgura: ualeat autem in
fulguribus obseruatio diuina: in ostentis ratio, ple-
rumque coniectura adhibetur. Quid est igitur, quod

obseruatum sit in fulgere? caelum in xv partes di-
uiserunt Etrusci. facile id quidem fuit, quattuor,
quas nos habemus, dupicare, post idem iterum fa-
cere, ut ex eo dicentes, fulmen qua ex parte uenisset.
Primum, id quid interest? deinde, quid significat? non
ne perspicuum est, ex prima admiratione hominum,
quod tonitrua, iactusq; fulminum extinxissent, cre-
didiſe, ea efficere rerum omnium praepotentem lo-
uem? itaque in nostris commentariis scriptum habe-
mus: Ioue tonante, fulgurante, comitia populi habe-
re nefas. hoc fortasse reip; causa constitutum est: co-
mitiorum enim non habendorum cauſas esse uolue-
runt. itaque comitiorum solum uitium est fulmen,
quod idem omnibus rebus optimum auspicium habe-
mus, si sinistrum fuerit. de auspicis alio loco: nunc
de fulguribus. Quid igitur minus a physicis dici de-
bet, quam quidquam certi significari rebus incertis?
non enim te puto esse eum, qui Ioni fulmen fabrica-
tors esse Cyclopas in Aetna putem. nam est mirabi-
le, quo modo Iuppiter totes iaceret, cum unum ha-
beret. Nec uero fulminibus homines, quid aut fa-
ciendum est, aut cauendum, moneret. placet enim
Stoicis, eos anhelitus terrae, qui frigidi sint, cum flue-
re coepirint, uentos esse: cum autem se in nubem in-
duerint, eiusq; tenuissimam quamque partem co-
perint diuidere, atque disrumpere, idq; crebrius face-
re, & uehementius, tum et fulgura, & tonitrua exſi-
stere: si autem nubium conflictu ardor expressus se
emiserit, id esse fulmen. Quod igitur uia naturae,
nulla constantia, nullo rato tempore uidemus effici,
ex eo significationem rerum consequentium quaeri-
mus? scilicet, si ista Iuppiter significaret, tam mul-
ta frustra fulmina emitteret. quid enim proficit, cum
in medium mare fulmen iceat? quid, cum in altissimos
montes? quod plerumque sit. quid, cum in desertas fo-
rumque coniectura adhibetur. Quid est igitur, quod

R. 2 bus

bus haec ne obseruantur quidem? At inuentum est caput in Tiberi. Quasi ego artem aliquam istorum esse negem. diuinationem nego. caeli enim distributio, quam ante dixi, & certarum rerum notatio docet, unde fulmen uenerit, quo concesserit: quid significet autem, nulla ratio docet. Sed urge me meis uerbis:

Nam pater altitonans, stellanti nixus olympo, Ipse suas arces, atque inclita templa petuit, Et Capitolinis iniecit sedibus ignes. tum statua Nattae, tum simulacra deorum, Romulusque, & Remus cum altrice bellua, ni fulminis ita, conciderunt, deq. his rebus haruspicum exstiterunt responsa uerissima.

EXPLANATIO

AT enim? Haec est altera Stoicorum ratio, qua Haruspinciam defendere nitebantur: inquit enim, ha- ruspices praedicere posse ex uictimis etiam sorte adductis. nam deus ipse director est sortium, & proinde eligit eiusmodi uictimas, in quorum extis apparent signa, ex quibus ipsi ex arte praedicunt. Sed infra- mas collatione hostiarum? nimur quia nec in fortibus magis intenit ueritas, ut mox de sortibus ostendetur. ASQVIMELIVM? Forum erat Romae rerum uenalium. Sribit Linius in eo foro fuisse domum Spu- rij Melij damnati, eo quod regnum affectasset. Is? talis. REBUS? negotijs, quae obtinere, aut inquirere uelim. SORTEM quandam? quoddam accidens, aleam quandam. NOSTROS? nobis familiares, & amicos. Ironice loquitur. EPICURÆ? deos, & diuinationem tollentibus. FACULTATEM? opportunitatem, aniam. FACILVS? minori nota. IOCANDI caessa,? ad uoluptatem. PERLVCIDOS? transparentes. PER- FLABILES? facile mobiles. DVOS lucos? Quod luci numinibus sacrae essent, non modo gentium historia, uerum sacra declarat. Sribit Tacitus, Germanos alia nulla deorum templa habuisse, quam lucos, nemoraq. deorum suorum nominibus appellata. Notar & Seruus Manes, & heroum animas, qui Lares ui- tales dicerentur, lucos tenere. hinc & Virgilius in v. 1. dicit:

Nulli certa domus, lucis habitamus opacis.

Necaliter lucos umquam posuit Poeta, sine consecratione.

CIRCUTIONE? flexu quodam uerborum, & ambitu. non enim audebat aperte propter metum Athenien- sium, qui impios plecebat. RECTE? conuenienter: consequtitur enim, ut, si deus non est, nec diuinatio, que a deo nomen mutuata est. ILLIS enim &c. ? Ratio constantiae Epicuri, & Stoicorum inconstantiae. NE- GOTII, ? curae, laboris. IMPERTIRE: ? distribuere. VESTER deus? deus a uobis Stoicis inductus. Quin- etus enim Cicero, ad quem sermo dirigitur, Stoicorum partes tutanus est. INDUCITIS? Duo uerba, quae se- quuntur, Captiones, & Explicetis, facile me adducunt, ut legendum putem, Induitis: qua ratione item in Verrem dixit, Induere se in laqueos: Et Luct. lib. IV. Ac nos in fraudem induimus frustra nimis ipsi. Hac Paullus pater. In eas captiones &c. ? in eiusmodi uiscum, retia, laqueos, ex quibus explicare uos non pos- sitis. CVM magis properant, ? cum potioribus, ualidissimisq. eorum argumentis nituntur. PROBABILOVS? uero similius. COMMITTANT, ? errant. PERSPICUE? euidenter. RETINENDVM est, ? sentiendum, & retinendum est. OMNIS haruspicina,? quae non solum praedita quid ostendant exta, sed & fulgura interpre- tatur. QVATTVR, quas non habemus, ? ortum solis, occasum, septemtrionem, & meridiem. QVID in- terest, ? Nihil, inquit, id facit ad confirmandam haruspinciam, & praedictionem fulminum. QVID signi- ficat, ? Nihil, inquit, significant fulmen undecumq. ueniat. PRAEPOTENTEM? summa potentia praedi- tum. COMMENTARIIS? auguralibus libris, erat enim M. Cicero de augurum numero. NEFAS? illicitum, impium, contra religionem. Hoc fortasse? Explicat Cicero rationem huius instituti. CAVSSAS esse no- luerunt, ? ut scilicet optimates aliquo praetexu differre possent plebis uota. SOLVM uitium,? non solum uitium; sed, comitiorum soluum: cum ceteris in rebus non sit uitium, si modo sinistrum sit. EVM, ? talis opini- onis. CYCLOPAS? hi finguntur Vulcani ministri in Aetna. Siciliae monte, Aeolijsq. insulis, ubi ignis est perpetuus, elaborantes ioui fulmen, & deorum arma. unde Virgil. lib. IIX

Ferrum exercebant uasto Cyclopes in antro,

Brontesque, Steropesque, & nudus membra Pyracmon.

Sunt, qui pro Pyracrone Harpen nominent. Pyracmon multus ignis interpretatur, Harpes uero rapiens. Certe ignem, nisi ad se aerem rapiat, exstingui compertum habemus. Brontes autem tonus interpretatur, & Steropes fulgor, & splendor, qui fulmina antecedit. Cyclopes communis nomine dicti sunt ab oculo circula- ri, quem unicus omnes in fronte habebant. PLACET enim Stoicis, ? Explicat naturalem caussam fulminum ex Stoicorum sententia. ANHELITVS? exhalationes. FULVERE? exhalare. DISRUMPERE? ui frangere. FVLGVRA, ? coruscationes. TONITRVA? strepitus. CONFLICTV? collisu, & attritu. CONSEQUEN- TIVM? futurarum. SCILICET, ? Certe. ironiam sapit. ORAS? regiones. CAPVT? Summi dei. ISTO- RVM? fulminatum interpretum. CAELI enim? Docet possibile esse sciri, a qua parte caeli fulmen defen- derit, & quo tacta impulerit. NVLLA ratio,? nulla ars, & disciplina. ALTRICE bellua, ? lupa ubera praebeante.

CICERO

MIRABILE autem illud, quod eo ipso tempore, signum Louis biennio post, quam erat locatum, in Ca- quo fieret iudicium coniurationis in senatu, pitolio collocabatur. tu igitur animum induces (sic cuius)

enim meū agebas) caussam istā & contra facta tua, et cōtra scripta defendere? Frater es: eo uereor. uerū quid tibi hic tandem nocet res ne, quae talis est; an ego, qui uerum explicari uolo? itaque nibil contra dico; a rationem totius haruspicinae peto. sed te mirificare, ut premerem te, cum ex te caussam uniuersius que diuinationis exquirerem; multa uerba fecisti; te, cum res uideres, rationem, caussamq. non quaereres, quid fieret, non cur fieret, ad rem pertinere. Quasi ego aut fieri concederem; aut es: philosophi, caussam, eur quidque fieret, non quaerere. Et eo quidem loco & prognostica nostra pronunciabas, & genera herbarum, scammoneam, aristolochiamq. radicem: quarum caussam ignorares, uim, & effectum uides. Dissimile totum. nam & prognosticorum caussas persecuti sunt & Boethus Stoicus, qui est a te nominatus, & noster etiam Posidonius: &, si caussae non reperiantur istarum rerum, res tamen ipsae obseruari, animaduertiri, possunt. Nattae uero statua, aut aera legum de caelo tacta quid habent obseruatū, ac uetus? Pinarij Nattae nobiles. a nobilitate iugur periculum. hoc tamen callide Iuppiter cogitauit. Romulus lactens fulmine iecus. ubi igitur perculū ostenditur, ei, quam ille condidit. quā scite pernotas nos certiores facit Iuppiter? At eodem tempore signum Iouis collocabatur, quo coniuratio indicabatur. & tu scilicet manus numine deorum id factum, quam casu, arbitrari? & redemptor, qui columnam illam de Cotta, & de Torquato conduxit faciendam, non inertia, aut inopia tardior fuit, sed a diis immortalibus ad istam horam reservatus est? non equidem plane despero ista esse uera, sed necio, & discere a te uolo. nam, cum mibi quedam casu uiderentur sic eueniire, ut praedicta essent a diuinantibus: dixisti multa de casu; ut, uenerium iaci posse casu, quattuor talis iactis; quadringtonis, centum uenerios non posse casu consistere. Primum necio, cur non possint; sed non pugno: abundas enim similibus: habes & respirationem pigmentorum, & rostrum suis, & alia permulta. Idem Carneadem fingere dicit de capite Panisci. Quasi non potuerit id eueniire casu, & non in omni marmore necesse sit inesse uel Praxitelia capita. illa enim ipsa efficiuntur detractione: nec quidquam illuc assertur a Praxitele: sed, cum multa sunt detracta, & ad linea menta oris peruentum est; tum intelligas, illud, quodiam expolitum sit, intus fuisse. potest igitur

tales aliquid etiam sua sponte in lapicidinis Chiorum exsilitisse. Sed sit hoc fictum. quid? in nubibus numquid animaduertiſti leonis formam, aut hippocentauri? potest igitur, quod modo negabas, ueritatem casus imitari. Sed, quoniam de exitis, & fulguribus satis est disputatum; ostenta restant, ut rotunda haruspicina sit pertractata. Mulae partus prolatus est a tres mirabilis, propterea quia non sapere fit; sed, si fieri non potuisset, facta non esset. atque hoc contra omnia ostenta ualeat, numquam, quod fieri non potuerit, esse factum; si potuerit, non esse mirandum, caussarum enim ignoratio in re noua mirationem facit, eadem ignoratio si in rebus usitatis est, non miramur. nam, qui mulam peperisse miratur, is, quo modo equa pariat, aut omnino quae natura partum animantis faciat, ignorat: sed, quod crebro uidet, non miratur, etiam si, cur fiat, nescit: quod autem non uidit, id si euenerit, ostentum esse censem. utrum igitur, cum concepit mula, an cum peperit, ostentum est? conceptio contra naturam fortasse, sed partus prope necessarius. Sed, quid plura? ortum uideamus haruspicinae: sic facilime, quid habeat auctoritatis, iudicabimus. Tages quidam dicitur in agro Tarquinieni, cum terra araretur, & sulcus altius esset impressus, exstisit re pente, & eum affatus esse, qui arabat. is autem Tages, ut in libris est Etruscoru, puerili specie dicitur uetus, sed senili fuisse prudentia. eius aspectu cum ob stupuisse bubulcus, clamoremq. maiorem cum admiratione edidisset, concursum esse factum, totamq. breui tempore in eum locum Etruriam conuenisse: tum illum plura locutum multis audientibus, qui omnia eius uerba exceperint. litterisq. mandaerint: omnem autem orationem fuisse eam, qua haruspicinae disciplina contineretur: eam postea creuisse rebus nouis cognoscendis, et ad eadem illa principia referendis. Haec accepimus ab ipsis: haec scripta conservant. hunc fontem habent disciplinae, num ergo opus est ad haec refellenda Carneade? num Epicuro? est ne quisquam ita despiciens, qui credat exaratum esse, deum dicam, an hominem? si deum, cur se contra naturam in terram abdiderit, ut patescat aratro lucem adspiceret? quid? idem non ne poterat deus hominibus disciplinam superiore ex loco tradere? si autem homo ille Tages fuit, quoniam modo potuit terra oppressus uiuere? unde porro illa potuit, quae docebat alios, ipse didicisse?

EXPLANATIO

LOCA TVM? pretio datum architectis, ut signum illud ita collocarent. CAUSSAM istam? de hac re disputacionem. Eo uereor. quia frater es, in dubium reuoco, non contradico. Hic? in hac parte. TA LIS? non facile cognoscibilis. NIHIL contra dico; quia frater es. A terationem peto. quia uerum explicari uolo. QVOD? quoniam. VNIVSCIVVSQVE? naturalis, & artificialis. AD rem? ad utilitatem. QVASI ego? Ita enunciabas, inquit M. Cicero, tamquam ego concederem talia fieri eo modo ut dicitis, aut ego statuere caussam non esse quaerendam. PERSECVTI sunt? indagant. AERA legum? duodecim aereae tabulae, quibus insculptae erant leges. QVID? habent obseruatū, quasi dicat, nihil. quoniam alias id non acciderat. VETVSTVM? ab antiquis obleruatum. Hoc tamen &c. Commentum hoc deridet Academicus. LACTENS? ubera suggens. QVAM scite? ironice hoc dicitur. PER notas? per signa. ET TU scilicet? ironiam sapit hic fermo. REDEMPTOR? ipse architectus, qui columnam statuendam conduxit, unde Redemptores etiam caussarum dicuntur, & litium. Idem in Ep. ad Att. Redemptori tuo dimidium pecuniae curauit.

INO-

INOPIAZ defectu potentiae, & pecuniae. Ad istam horamZ ad istam temporis opportunitatem. Non plane despicio &c. Z sibi ipsi blanditur M. Cicero, ut qui uellet deorum curam auspiciatissimum effecisse suum consulatum. PIGMENTORVMZ colorum temperatorum. VEL PRAXITELIAZ etiam Praxitelis arte scalpta. ILLA ipsaZ capita scalpta. EFFICIUNTVRZ formantur. DETRACTIONEZ ablatione ciliacet quadam partium lapidearum. INTVSZ in natura ipsius marmoris. SVA sponteZ propria natura. Hoc cZ de Panisci capite. QVOD modo negabasZ paullo ante. RESTANT, Z supersunt pertractanda. IN re nouaZ in re insolita, & rara. QVAE naturaZ uis naturalis sanguinis, uidelicet menstrui, & seminis, uicem coaguli in conceptu praebentis. ORTVMZ principium, & originem. TARQVINIENSIZ ubi est Tarquinij, siue Tarchonis opidum. In Etruria eius uestigia adhuc exstant, corruptaque appellatio, inter Tuscanellam, & Cornetum, olim Graufcas ab aere graui ac pestilenti. ALTIUSZ profundius. EXSTITISSEZ apparuisse. DISCIPLINAZ arte, a cratione. FONTEMZ originem. DISCIPLINAEZ haruspicinae artis. EXARATVMZ arando refossum, & inuentum. CONTRA naturamZ contra proprietatem naturae non diuinæ solum, sed etiam humanae. SUPERIORE ex locoZ ex loco eminenti, conueniente diuino fastigio.

C I C E R O

SED ego insipientior, quam illi ipsi, qui ista credunt, qui quidem contra eos tam diu disputem: uetus autem illud Catonis admodum scitum est, qui mirari se aiebat, quod non rideret haruspex, haruspicem cum uidisset. Quia enim quaeque res evenit praedicta ab his? aut, si evenit quippiam, quid affiri potest, cur non casu id euenerit? Rex Prusias, cum Hannibali apud eum exsultanti pugnare placebat, negabat se audere, quod exta prohiberent. aut, inquit, carunculae uitulinæ manus, quam imperatori ueteri, credere? quid? ipse Caesar, cum a summo haruspice moneretur, ne in Africam ante brumam transmitteret, non ne transmisit? quod ni fecisset, unum in locum omnes aduersariorum copiae conuenissent. Quid ego haruspicum responsa commorem, (possum quidem innumerabilia) quae aut nullos habuerunt exitus, aut contrarios? hoc ciuii belli dij immortales quam multa luserunt? quae nobis in Graeciam Roma responsa haruspicum missa sunt? quae dicta Pompeio, etenim ille admodum extis, et ostentis mouebatur: non lubet commemorare, nec uero neceſſe est, tibi praeſertim, qui interfueristi: uides tamen omnia fere contra, ac dicta sunt, eueniſſe. Sed haec haſtenus: nunc ad ostenta ueniamus. Multa me confule, a me ipso scripta, recitasti: multa ante Marsicum bellum, a Sisenna collecta, attulisti: multa ante Lacedaemoniorum malam pugnam in Leuctris, a Callisthenè commemorata, di xisti. de quibus dicam equidem singulis, quoad uidebitur, sed dicendum etiam est de uniuersis. Quae est enim ista a dijs profecta significatio, & quasi denunciatio calamitatum? quid autem ea uolunt dij immortales primum significantes, quae sine interpretibus non possumus intelligere; deinde ea, quae cauere nequeamus? ad hoc ne homines quidem probiciant, ut amicis impendentes calamitates praedicant, quas illi effugere nullo modo possint: ut medi ci, quamquam saepe intelligent, tamen numquam aegris dicunt, illo morbo eos eſe morituros. omnis

eum praedictio mali tum probatur, cum ad praedictionem cautio adiungitur, quid igitur aut obſenta, aut eorum interpretes, uel Lacedaemonios olim, uel nuper nostros adiuerunt? quae si signa deorum putanda sunt, cur tam obscura fuerunt? si enim, ut intelligeremus, quid esset evenientrum: aperte declarari oportebat, aut ne occulēt quidem, si ea scribi nolebant. Iam uero coniectura omnis, in qua nūitū diuinatio, ingenij hominum in multas, ac diuerſas, aut etiam contrarias partes saepe deducitur, ut enim in causis iudicialibus alia est coniectura accusatoris, alia defensoris, & tamen utriusque creditibilis; sic in omnibus ijs rebus, quae coniectura inuessigari solent, anceps reperitur oratio, quas autem uerum natura, tum causis afferit non numquam, eriam errorum creat similitudos; magna stultitia est, eam rerum deos facere effectores, causas rerum non quae rere. Tu uates Boeotios creditis Lebadiae uidiſe ex gallorum gallinaceorum cantu uictoriā esse Thebanorum; quia galli nocti ſilere solent, canere uictores. hoc igitur per gallinas Iuppiter tantæ ciuitati signum dabat? an illae aues, niſi cum uicerint, canere non solent? at tum canebant, nec uicerant. id enim inquies, ostentum. magnum uero: quia pīces, non galli, cecinerint. quod autem est tempus, quo illi non cantent, uel nocturnum, uel diurnum? quod si uictores alacritate, & quasi laetitia ad canendum excitantur: potuit accidiſe alia quoque laetitia, qua ad cantum mouerentur. Democritus quidem optimis uerbis cauſam explicat, cur ante lucem galli canant: depulso enim de peſtore, & in omne corpus diuifo, & modificato cibo, cantus edere quiete satiatos: qui quidem silentio noctis, ut ait Ennius, fauent fauibus russis: cātū, plausuq. premunt alas. cum igitur hoc animal tam sit canorum sua sponte, quid in mentem uenit Callistheni dicere deos gallis signum dedisse cantandi? cum id uel natura, uel causas efficere potuiffet.

EXPLANATIO

CITVMZ prudens dictum in deliramenta haruspicum. QVOTAZ quasi dicat, Ferme nulla. A summo haruspiceZ Spurina. LYSERVNTZ iocati sunt. CONTRA acZ contra quam. ANTE Marsicum bellum, Z quod Sociale dictum est, atque Italicum. MALAMZ infelicem. QVOAD uidebitur, Z subaudi, sufficer ad propositum, ne modum excedat oratio. DE uniuersisZ hoc est, de ostentis in genere. sic in genero egit

egit de diuinatione ipsa, deinde ad partes descendit. **QVAE** est ζ cuius naturae. **CAVERE** ζ declinare aliquo confilio. **PROBATVR** ζ commendatur, laudatur. **CAVTIO** ζ modus cauendi. **CONRECTURA** ζ opinabile iudicium ex circumstantijs. **NITITVR** ζ fundatur. **ANCEPS oratio.** ζ ambigua interpretatio. **QVASI** pisces ζ ostentum, inquit, esset, si pisces cecinissent, & non galli natura canori. **OPTIMIS uerbis** ζ probabilibus rationibus. **QUIETE** ζ dormitione. **FAVENT** fauicibus ζ silent parendo fauicibus, per quas cantus emittitur. **SVA sponte,** ζ propria natura.

C I C E R O

SANGVINEM pluisse, senatum nunciatum est, atratum fluuium fluxisse sanguine, deorum sudasse simulacra: num censes his nuncijs Thalem, aut Anaxagoram, aut quemquam physicum crediturum suis se nec enim sanguis, nec sudor nisi e corpore est, sed & decoratio quaedam ex aliqua contagione terrena maxime potest sanguinis similes esse, & humor allapsus extrinsecus, ut in teclorijs uidemus austro, sudorem imitari. Atque haec in bello plura, & maiora uidentur timentibus: eadem non tam animaduertuntur in pace. Accedit illud etiam, quod in metu, & periculo cum creduntur facilius, tum finguntur impunius, nos autem ita leues, atque inconsiderati sumus, ut, si mures corroserint aliquid, quorum est opus hoc unum, monstrum putemus. Ante uero Marscum bellum, quod clypeos Lanuuij, ut a te est dictum, mures rosissent, maximum id portentum haruspices esse dixerunt. Quasi uero quidquam intersit, mures, diem & noctem aliiquid rodentes, scuta an cribra corroserint nam, si ista sequimur: quod Platonis Politiam nuper apud me mures corroserint, de rep. debui perime scere: aut, si Epicuri de uoluptate liber nitiosus esset, putarem annonam in maccello cariorem fore. An uero illa nos terrent, si quando aliqua portentosa, aut ex pecude, aut ex hominivaria dicuntur? quorum omnium, ne sim longior, una ratio est. quidquid enim oritur, qualemcumque est, causam habeat a natura necesse est: ut, etiam si praeter consuetudinem extiterit, praeter naturam tamen non possit existere. Causam igitur inuestigato in re noua, atque admirabili, si poteris: si nullam reperies, illud tamen exploratum habeto, nihil fieri potuisse sine causa: eumq. errorem, quem tibi rei nouitas attulerit, naturae ratione depellito. ita te nec terrae fremitus, nec caeli discessus, nec lapides, aut sanguineus imber, nec trajectio stellae, nec facta nisae terrebunt. quorum omnium causas

si a Chrysippo quaeram; ipse ille, diuinationis auctor, numquam illa dicet facta fortuito, naturalemq. rationem omnium reddet. nihil enim fieri sine causa potest: nec quidquam sit, quod fieri non potest: nec, si id factum est, quod fieri potuit, portentum debet uideri: nulla igitur portenta sunt. nā, si, quod raro fit, id portentum putandum est: sapientem esse portentū est. saepius enim mulam peperisse arbitror, quam sapientem fuisse. Illa igitur ratio concluditur; nec id, quod non potuerit fieri, factum umquam esse; nec, quod potuerit, id portentum esse; ita omnino nullum esse portentum. quod etiam coniector quidam, & interpres portentorum non inscite dicitur ei responde, qui cum ad eum retulisset quasi ostentum, quod anguis domi uectem circumuectus fuisset, tum esset, inquit, ostentum, si anguem uectis circumuplicasset. hoc ille responso satis aperte declarauit nihil habendum esse portentum, quod fieri posset. C. Gracchus ad M. Pomponium scipit; duobus anguibus domi comprehensis, haruspices a patre conuocatos. qui magis anguibus, quam lacertis, quam muribus? quia sunt haec quotidiana, angues non item. quasi uero referat, quod fieri potest, quam id saepe fiat. ego tamen miror, si emissio feminae anguis mortem affrebat Ti. Gracco, emissio autem maris anguis erat mortifera Corneliae, cur alterutram emiserit. nihil enim scribit respondisse haruspices, si neuter anguis emissus esset, quid esset futurum. at mors insecura Gracchum est. causa quidem, credo, aliqua morbi grauioris, non emissione serpentis. neque enim tanata est infelicitas haruspicum, ut ne casu quidem umquam fiat, quod futurum illi esse dixerint. Nam illud mirarer, si crederem, quod apud Homerum Calchancem dixisti ex passerum numero belli Troiani annos auguratum: de cuius coniectura sic apud Homerum, ut nos otiosi conuertimus, loquitur Agamemnon:

E X P L A N A T I O

CONTAGIONE ζ corruptione, ac uitio, quod aquae fluore terra contrahit. **TECTORIJS** ζ parietibus incrustatis. **AUSTRO** ζ uentus est calidus, & humidus, a meridiano cardine spirans. Quattuor cardinales uentos Pontanus eleganti hoc distico complexus est,

A summo Boreas, Auster imo spirat Olympo,
Occasum insedit Zephyrus, uenit Eurus ab ortu.

IMPVNIVS. & ideo licentiosius, nemine contradicente. **DIEM** & noctem ζ semper. **SCUTA, an cribra** ζ Scutum est circularis testudo, quam miles laeva protendens in bello iactus excipit aduersarij. Cribrum uero circularis est fascia lignea subditam habens pellem extensam perforatam, & clavibus illi inhaerentem, quo instrumento circulariter moto uillici granum inieictum coagitando expurgant a soldibus. **POLITIAM** ζ libros de ciuili gubernatione. **ANNONAM** in maccello cariorem fore ζ eo anno carnem in carnificina apotheca ciatorem fore. **PORTENTOSA** ζ significantia aliquod praelagium, quia acciderint praeter usitatum naturae ordinem. **CAVSSAM** ζ efficientem, scilicet uim. **EXPLORATVM** ζ certum. **TRAIECTIO** ζ transitus. **AVCTOR** ζ assertor. **SAPIENTEM** esse ζ perfectum esse, & omnes numeros habere ut uolunt Stoici. **CON-**
ECTOR ζ

RECTORIS interpres. NON inscite sapienter. CIRCUMVENTVS est circumvolutus. A patre Tib. Graccho. Qui magis est cut mágis. ALTERVTRAM est e duobus unam. AVGVRATVM: est subandi, fuisse. LOQUITVR Agamemnon: est μνημονικὸν ἀμάρτυρα. non enim Agamemnon, sed Vlices haec loquitur apud Homerum εὐτοῖς.

C I C E R O

FERTE uiri, & duros animo tolerate labores, Auguris ut nostri Calbantis fata queamus Scire ratos ne habeant, an uanos pectoris orsus: Namque omnes memori portentum mēte retentant, Qui non funeflis liquerunt lumina fati. Argolicis primum ut uestita est classibus Aulis, Quae Priamo cladem, & Troiae, pestemq. cerebant; Nos circum latices gelidos fumantibus aris, Aurigeris diuum placantes numina tauris, Sub platano umbrifera, fons unde emanat aquai, Vidimus immani specie, tortuq. draconem Terribilem, Louis ut pulsu penetrabat ab ara: Qui platani in ramo foliorum tegmine saeptos Corripuit pullos: quos cum consumeret octo, Nona super tremulo genitrix clangore uolabat: Cui ferus immani laniavit uiscera morsu. Hunc, ubi tam teneros uolucres, matremq. peremit, Qui luci ediderat, genitor Saturnius idem Abdidit, & duro formauit tegmine saxi. Nos autem timidi stantes mirabile monstrum Vidimus in medijs diuum uersarier aris. Tum Calchas haec est fidenti uoce locutus: Quidnam torpentes subito obliuisci Achiu? Nobis haec portenta deum dedit ipse creator, Tarda & sera nimis, sed fama ac laude perenni. Nam quot aues taetra macratas dente uidetis, Tot nos ad Troiam bell'i exantlabimus annos: Quae decimo cadet, & poena satiabit Achiuos. Edidit haec Calchas: quae iam matura uidetis. quae tandem ista auguratio est ex passeribus annorum potius, quam ant mensum, aut dierum: cur autem de passeribus coniecturam facit, in quibus nullum erat monstrum; de dracone silet, qui, id quod fieri non potuit, lapideus dicitur factus & postremo, quid simile habet passer anni? nam de angue illo, qui Sullae apparuit immolanti, utrumque memini, & Sullam, cum in expeditionem educturus esset, immolauisse, & anguem ab ara extitisse, eoq. die rem praclare esse gestam, non haruspices consilio, sed imperatoris. atque haec ostentorum genera mirabile nibil habent: quae cum facta sunt, tum ad coniecturam aliqua interpretatione reuocantur: ut illa tritici grana in os pueri Midae congesta, aut apes, quas dixisti in labris Platonis pueri confidisti, non tam mirabilia sint, quam coniecta bene: quae tamen uel ipsa falsa esse, uel illa, quae praedicta sunt, fortuito accidisse potuerunt. De ipso Roscio potest

illud quidem esse falsum, ut circumligatus fuerit anguis: sed, ut in cunis fuerit anguis, non tam est mirum, in Selonio praesertim, ubi apud focum angues nundinari solent. nam, quod haruspices responderent, nihil illo clarus, nihil nobilis fore: miror deos immortales hispironi futuro claritatem ostendisse, nullam ostendisse Africano. Atque etiā a te Flaminiana ostenta collecta sunt, quod ipse, & equis eius repente considerit: non sane hoc quidam mirabile: quod euelli primi hastati signum non potuerit: timide fortassis, gnifer euellebat, quod fidenter infixerat. Nam Dionysij equus quid attulit admirationis, quod emeritus flumine est quod q. habuit apes in iuba? sed, quia brevi tempore regnare coepit; quod casu acciderat, non habuit ostenti. At Lacedaemoniis in Herculis fano arma sonuerunt: eiusdemq. dei Thebis ualuae clavae subito se aperuerunt: eaq. scuta, quae fuerant sublimē fixa, sunt humi inuenta. horum cum nihil fieri potuerit sine aliquo motu, quid est, cur diuinus ea potius, quam casu, facta esse dicamus? At in Ly-sandri statuae capite Delphis extitit corona ex asperis herbis, & quidem subita, ita ne censes? ante coronam extitisse, quam herbarum conceptum esse. menē herbam autem afteram credo anium congestu, non humano satu. iam, quidquid in capite est, id coronae simile uideri potest. Nam, quod eodem tempore stellas aureas Castoris, & Pollucis Delphis postas decidisse neque eas usquam repertas esse dixisti: furnum id magis factum, quam deorum uidetur. Simiae uero Dodoneae improbitatem historijs Graecis mandatam esse demiror. quid minus mirum, quam illam monstruosissimam bestiam urnam evertisse, sortes dissipauisse? & negant historici Lacedaemoniis ullum ostentum hoc tristius accidisse. Nam illa praedicta Ueientum, si lacus Albanus redundasset, nō in mare fluxisset, Romam peritaram; si repressus esset, Veios; ita aqua Albana deducta ad utilitatem agri suburbani, non ad arcem, urbemq. retinendam. At paulo post audita uox est monentis, ut prouident, ne a Gallis Roma caperetur: ex eo Aio Loquenti aram in Noua uia consecratam. quid ergo? Aius iste Loquens, quando cum nemo norat, aiebat, & loquebatur, & ex eo nomen inuenit: postea quam sedem, & aram, & nomen inuenit, obmutuit? Quod idem dici de Moneta potest: a qua, praeterquam de sue plena, quid inquam moniti sumus? Satis multa de ostentis.

EXPLANATIO

FERTE uiri, & tolerate. FATA est præsigia. RATOS est certos, ueros, ac firmos. AN uanos est incertos, irritos. PECTORIS ORSUS: est animi præsensiones. LVMINA est uitias. PRIMVM, ut est statim, postquam. VESTITA est nauibus est instructis, pulchrisq. nauibus repleta est. AVLIS, est Boeotiae urbs est. AVRIGERIS TAURIS est tauris cornua aurata gerentibus. PESTEM est mortem. AQVAI est aquae. IMMANI est truculentis, & horrenda

horrenda figura. **TORTVS** flexu corporis. **IOVIS pulsus** Iouis imperio. **PULLOS** passerculos. **FERVS** Dracos crudelis. **LVCIS** ad lucem. **ABDIDIT** Hom. i. 8. τὸν μὲν ἀριζόναν θύμενον. Ut uideatur legendum, τὸν μὲν ἀριζόναν. **DVRO** formauit &c. effinxit lapideum draconem. **FIDENTI NOCE** constanti uoce, **TORPENTES obſtupuitis** hoc est, post corporis contractionem mentem quoque contraxisti. torpor est corporis, stupor uero mentis contradictionis, constipatio, & rigor. **CREATOR** Iuppiter. **TARDA**, & sera nimis quo ad animos nostros. **EX ANT LABIMVS** perficiemus, superabimus. Vetus est uerbum. **IAM matu- ra** quasi perfecta. **EXPEDITIONEM** proelium. **INTERPRETATIONE** declaratione per quandam similitudinem. **NUNDINARI** conuentus facere sicuti celebrantes nundinas, sive ferias. **NOBILIVS** celebrius. **CLARITATEM** histrio nicae gloriae splendorem. **FLAMINIANA** de Flaminio consule, ad lacum Perusinum. **PRIMI hastati** primi pili centurionis. **FIDENTER** constanti, & liberto animo. **SUBLIME** alte. **CONGESTA** accumulatione. **IMPROBITATEM** petulantiam, lasciviam. **SVBVRBANI**, uicini muris urbis **ARCEM** Capitolium. **VRBEM** Romam. **SVE plena** grauida.

C I C E R O

AVSPICIA restant, & sortes, eae quae ducuntur, non illae quae uaticinatione funduntur: quae oracula uerius dicimus: de quibus tum dicimus, cum ad naturalem divinationem uenerimus. Rest etiam de Chaldaeis. sed primum aufficia uideamus. Difficilis auguri locus ad contra dicendum, Marso fortasse, sed Romano facilissimus. non enim sumus iij nos augures, qui auium, reliquorum ue signorum observatione futura dicamus. & tamen credo Romulum, qui urbem aufficato condidit, habuisse opinionem, esse in prouidendis rebus augurandi scientiam. errabat enim multis in rebus antiquitas: quam uel usum, uel doctrinam, uel uetus statim immutatam uideremus. retinetur autem, & ad opinionem uulgi, & ad magnas utilitates reip. mos, religio, disciplina, ius augurum, collegij auctoritas. Nec uero non omni supplicio digni P. Claudius, L. Iunius consules, qui contra aufficia nauigarent, parendum enim fuit religio, nec patrius mos tam contumaciter repudiandus. iure igitur alter populi iudicio damnatus est, alter mortem sibi ipse consciuit. Flaminius non paruit aufficij: itaque perire cum exercitu. at anno post Paulus paruit: num minus cecidit in Cannensi pugna cum exercitu? etenim, ut sint aufficia, quae nulla sunt; haec certe, quibus utimur, sive tripudio, sive de caelo, simulacra sunt aufficiorum, aufficia nullo modo. Q. Fabi, te uolo mibi in aufficia esse. uolo, respondet: audiui. Hic apud maiores nostros adhibebatur peritus, nunc quilibet. peritum autem esse necesse est eum, qui, silentium quid sit, intelligat. id enim silentium dicimus in aufficij, quod omni uitio caret. hoc intelligere, perfecti anguris est. Illi autem, qui in aufficium adhibetur, cum ita imperauit is, qui aufficatur: dicit, si silentium esse uidetur: nec suspicit, nec circumspicit: statim respondet, silentium esse, uideri. tum ille, dicit si pascuntur aues: pascuntur. quae, aut ubi? attulit, inquit, in cauea pulloris, qui ex eo ipso nominatur pullarius. haec sunt igitur aues internungiae Louis: quae pascuntur, nec ne, quid referit? nihil ad aufficia: sed quia, cum pascuntur, necesse

est aliquid ex ore cadere, & terram panire, terripium primo, post terripodium dictum est, hoc quidem iam tripodium dicitur. cum igitur offa iam cecidit ex ore pulli, tum aufficanti tripodium sollistimum nunciant. ergo hoc aufficium diuini quidquam habere potest, quod tam si coactum, & expreſsum est quo antiquissimos augures non esse usos, argumento est, quod decretum collegij uetus habemus, omnem auenem tripodium facere posse. tum igitur esset aufficium, si modo ei esset liberum se ostendisse: tum quis illa uideri posset interpres, & satelles Louis. nunc uero inclusa in cauea, & fame enecta, si in officiis pullis inuidit, & si aliquid ex ore cecidit; hoc tu aufficium, aut hoc modo Romulum aufficari solitudinem putas? Iam uero, de caelo seruare non ipsos censes solitos, qui aufficabantur? nunc imperant pullarios: ille renunciat. fulmen sinistrum aufficium optimum habemus ad omnes res, praeterquam ad comitiam: quod quidem institutum reip. causa est, ut comitorum, uel in iudicij populi, uel in iure legum, uel in creandis magistratibus principes ciuitatis essent interpres. At Ti. Gracchi litteris Scipio, & Figulus, quod augures iudicassent eos uitio creatos esse, magistratu se abdicauerunt. Quis negat augurum disciplinam esse? diuinationem nego. At harufices diuinis quos cum Ti. Gracchus propter mortem repentinam eius, qui in praerogativa referenda, subito concidisset, in senatum introduxit, non iustum rogatorem comitorum fuisse dixerunt. Primum uide, ne in eum dixerint, qui rogator centuriae fuisse: is enim erat mortuus. id autem, sine diuinatione, coniectura poterat dicere. deinde fortasse casu: qui nullo modo est, ex hoc genere tollendus. quid enim scire Etrusci harufices, aut de tabernaculo recte capto, aut de pomerii iure potuerunt? equidem assentior. C. Marcello potius, quam Ap. Claudio, qui ambo mei collegae fuerunt: existimoq. ius augurum, et si diuinationis opinione principio constitutum sit, tamen postea reip. causa conseruatum, ac retentum.

E X P L A N A T I O

DVCVNTVR, trahuntur ex aliquo urna. **MARSO** de quo in extremo primi, nauci Marsum augurem appellauit. Nos augures? Romano more augurantes. **AVSPICATO**? capitatis aufficij. **RETINENTVR**? obſeruantur. **MOS**? institutum patrium. **RELIGIO**? caerimoniarum ritus. **DISCIPLINA**? scientia, & arta augurandi. **CONTVMACITER**? superbe, & impie. **PULLVS**? qui consul cecidit in Cannensi pu-

S gna.



gna. VT̄ § quiamuis. TRIPUDIO § Gallorum augurio. SIVE de caelo § ceteratum auium uolati. SIMULACRA § similitudines quaedam. Q. FABI &c. § Haec erant uerba precantis angurem, ut pro re sua uelit augurari. RESPONDET § nimirum augur ipse requisitus. ADHIBEBATVR § adnocabatur. IS qui auspicatur § qui pro se captat augurium. NEC suspicit § Hoc pertinet ad illud, seruare de caelo: sequitur mox de tripudio. PVLLOS § gallinaceos gallos. HAE sunt § Deridet M. Cicero eiusmodi auspicium penitus coactum, Ad auspicia § ad auspiciorum ueritatem. PAVIRE § pascendo percutere, inde terripauium, terripudium, & tripudium. OFFA § esca. NVNCIANT. § iij, qui aduocati sunt socij ad augurandum. EXPRESSVM § uiolentum. DECRETVM § sententia, dogma. TRIPUDIVM § quale auspicium nunc pullis tantum gallinaceis attribuiamus. SATELLES § ministra. INVADIT § impetum facit. SINISTRVM § a sinistra caeli parte ueniens. INSTITUTVM § decretum. IN iure § in ordinatione ciuili. VITIO § non rite. DIVINUS § diuinandi scientia praediti. IN praerogativa referenda § in narranda uoluntate primae centuriae, quae sententiam rogabatur. IVSTVM § legitimum, non uitiosum. GENERE § natura rei. C. MARCELLO. § Ep. ix. lib. 15. fa- mil. COLLIGAE § in augurali dignitate. Ivs § ordinationem.

C I C E R O

SED de hoc loco plura in alijs, nunc hac tenus: externa enim anguria, quae sunt non tam artificio- sa, quam superstitionis, uideamus. Omnibus fere au- bus utuntur, nos admodum paucis. alia sinistra sunt, alia nostris. solebat ex me Deiotarus percunctari nostri augurij disciplinam, ego ex illo sui. dū immor- tales, quantum differebat: ut quaedam essent etiam contraria. atque ille ijs semper utebatur: nos, nisi dum a populo auspicia accepta habemus, quam mul- tum ijs utimur? Bellicam rem administrari maiores nostri, nisi auspicato, noluerunt: quam multi anni sunt, cum bella a propraetoribus, & proconsulibus, administrantur? qui auspicia non habent: itaque nec amnes transeunt auspicato, nec tripudio auspicantur. nam ex acuminibus quidem, quod totum aus- picium militare est, iam M. Marcellus ille quinques consul totum omisit, idem imperator, idem augur op- timus. ubi est ergo auium diuinatio? quae, quoniam abijs, qui auspicia nulla habent, bella administra- tur, ab urbans retenta uidetur, a bellicis esse subla- ta. & quidem ille dicebat; si quando rem agere uellet, ne impediretur auspicis, lectione operata facere se iter solere. huic simile est, quod nos augures pree- cipimus, ne iuge auspicium obueniat, ut iumenta in- beant disjungere. quid est aliud nolle moneri a Ioue, nisi efficere, ut aut ne fieri posse auspicium, aut, si fiat, uideri? Nam illud admodum ridiculum, quod negas Deiotarum auspiciorum, quae sibi ad Pompei- um proficisci facta sunt, paenitere; quod fidem fecutus, amicitiamq. populi R. functus sit officio: antiquorem enim sibi suis se laudem, & gloriam, quam regnum, & possessiones suas. credo id quidem: sed nihil ad auspicia. nec enim ei cornix canere potuit, re- cle eum facere, quod populi R. libertatem defendere pararet. ipse hoc sentiebat, sicuti sensit. aues euenter significant, aut aduersos, aut secundos: uirtutis auspicis video esse usum Deiotarum: quae ue- tat spectare fortunam, dum praestetur fides. aues uero si prosperos euenter ostenderunt, certe sefelle- runt. fugit ex proelio cum Pompeio: graue tempus.

EXPLANATIO

NVNC hac tenus: hucusque hoc dumtaxat sit dictum. SUPERSTITIOSA § uanam religionem ostendit. SINISTRA § prospera. DVM a populo &c. § id est, dum magistratum gerimus. a populo enim auspicia cum magistratu accipimus. QVAM multum ijs utimur § quasi dicat, parum, & fere nihil. P.R.O CONSULIBVS §

CONSULIBVS $\frac{3}{2}$ bellum potestate consulari administrantibus. AVSPICIA non habent: $\frac{3}{2}$ quae praetores, & consules habent in urbe: non enim ad bella nunc eunt, ut olim. AMNES $\frac{3}{2}$ fluvia, unde perennia dicta auspicia. IVGE auspicium $\frac{3}{2}$ ex iumentis iugalibus: quod est, ut inquit Pompeius, cum iunctum iumentum stercus facit. ANTIQVIOREM $\frac{3}{2}$ pretiosiorem. NIHIL ad auspicia $\frac{3}{2}$ non enim id iubent auspicia, sed uirtus, ut non paeniteat. RECTE $\frac{3}{2}$ iuste, officiose. SENTIEBAT, $\frac{3}{2}$ statuebat uti officiolus. VIRTUTIS auspicys $\frac{3}{2}$ honestate, & prudentia. DVM $\frac{3}{2}$ quando. GRAVE tempus, $\frac{3}{2}$ molestum, cum e proelio fugeret uictus. LVCTVS $\frac{3}{2}$ maesta, cum ab amico Pompeio diuelleretur. TROGINORVM tetrarchiam $\frac{3}{2}$ Trogini sunt Gallograeciae, siue Galatiae populi, qui Maeoniae, & Paphlagoniae regionem incolunt. Erat autem Galatia in terrachis diuisa. Vide Plin. ASSECLAE $\frac{3}{2}$ ministro. HOSPITIUS hospitali apparatu. LABOR $\frac{3}{2}$ discurro, & uagor. OFFICIA $\frac{3}{2}$ honestas actiones. A uirtute $\frac{3}{2}$ ab animi integritate, & electione bona. In philosophia $\frac{3}{2}$ in ea scientia, quae rationibz sinitur. NATVRAM $\frac{3}{2}$ naturale, & proprium subiectum. CONSTANTIAM $\frac{3}{2}$ firmitatem. QVAE natura, $\frac{3}{2}$ quae naturalis proprietas. ALIIS a dextra, $\frac{3}{2}$ ut coruo, uel cantu, uel uolatu. ALIIS a laeva $\frac{3}{2}$ ut pico, & cornici cantu tamen. Plaut. in Asin. actu. I. I. RATUM $\frac{3}{2}$ certum, firmum. AVCTOREM $\frac{3}{2}$ principem magistrum. HUMANITATIS &c. eruditio, expertes, ac barbari. VVLGARE $\frac{3}{2}$ multitudinem populi. QVOTVS quisque est, $\frac{3}{2}$ quasi dicat. Nullus ferme. BONVM $\frac{3}{2}$ numerandum inter bona. FREQUENTIA $\frac{3}{2}$ multitudine. EORVM $\frac{3}{2}$ Stoicorum. IMBECILLI $\frac{3}{2}$ imperiti. SUPERSTITIOSA $\frac{3}{2}$ uana. DISPERCERE $\frac{3}{2}$ discernere, iudicare.

C I C E R O

QVAE autem est inter augures conueniens, & coniuncta const intia? ad nostri augurij conseruidinem dixit Ennius,

Cum tonuit laeuum bene tempestate serena.

At Homericus Vlysses, apud Achilem querens de ferocitate Troianorum, nescio quid hoc modo nunciat:

Profera Iuppiter his dextris fulgoribus edit. ita nobis sinistra uidentur, Graijs, & barbaris dextra meliora. quamquam haud ignoro, quae bona sint, sinistra nos dicere, etiam si dextra sint. sed certe nostri sinistrum nominauerunt, externiq. dextrum, quia plerumque melius id uidebatur. haec quanta dissensio est? Quid, quod alijs anibus utuntur, alijs signis, aliter obseruant, aliter respondent? non necesse est fateri, partim horum errore susceptum esse, partim superstitione, multa fallendo? Atque his superstitionibus non dubitasti etiam omnia adiungere. Aemilia Paullo, Persam perisse: quod patet omen accepit. Caecilia fororis filiae, sedes suas tradere. iam illa, fauete linguis, & praerogatiuam omen comitiorum. Hoc est, ipsum esse contra se copiosum, & disertum. quando enim, ista obseruans, quieto, & libero animo esse poteris, ut ad rem gerendam non superstitionem habeas, sed rationem ducem? ita ne? si quis aliquid ex sua re, atque ex suo sermone dixerit, & eius uerbum aliquod apte ceciderit ad id, quod ages, aut cogitabis, ea restibi aut timorem afferet, aut alacritatem? Cum M. Crassus exercitum Brundisi imponeret, quidam in portu caricas Cauno aduectas uendens, Cauneas clamitabat. dicamus, si placet, monitum ab eo Crassum, caueret ne iret: non sussisse peritum, si omni paruisse. quae si suscipiamus, pedis offensio nobis, & abruptio corrigiae, & sternutata erunt obseruanda. Sortes restant, & Chaldaei: ut ad uates, & somnia ueniamus. Dicendum igitur putas de sortibus. Quid enim fors est? idem propemodum, quod micare, quod talos iacere, quod teberas: quibus temeritas, & cauus, non ratio, nec consilium ualeat. tota res est inuenta fallacijs, aut ad quaeclum, aut ad superstitionem, aut ad errorem. atque, ut in

baruspicina fecimus, sic uideamus clarissimarum sortium, quae tradatur inuentio. Numerium Fuffetium Praenestinorum monumenta declarant, honorem hominem, & nobilem, somnis crebris, ad extreum etiam minacibus, cum iuberetur certo in loco silicem caedere, perterritum iussu, irridentibus suis ciuibus, id agere coepisse: itaque, perfracto saxo, sortes eruuisse, in robore insculptis priscarum litterarum notis: is est hodie locus saepius religiose propter Louis pueri, qui lactens cum lunone, in gremio Fortunae sedens, mammam appetens, castissime colitur a matribus. Eodem tempore illo loco, ubi nunc Fortunae sita aedes est, mel ex olea fluxisse dicunt, haruspicesq. dixisse, summa nobilitate illas sortes futuras, eorumq. iussu ex illa olea arcam esse factam, eaq. conditas sortes, quae hodie Fortunae monitu tolluntur. quid igitur in his potest esse certi, quae Fortunae monitu, pueri manu miscentur, atque ducuntur? quo modo autem istae positae in illo loco? quis robur illud cecidit, dolauit, inscripsit? Nihil est, inquit, quod deus efficere non possit. Utinam sapientes Stoicos efficeret, ne omnia superstitione sollicitudine, & miseria crederent. sed hoc quidem genus diuinationis uita iam communis explosit. Faui pulchritudo, & uetus, Praenestinum etiam nunc sortium retinet nomen, atque id in uulgo. quis enim magistratus, aut quis vir illustrior uitur sortibus? ceteris uero in locis sortes plane refixerunt. quod Carneadem Clitomachus scribit dicere solitum, nusquam se fortunatiorem, quam Praeneste uidisse Fortunam. ergo hoc diuinationis genus omittamus. Ad Chaldaeorum monstra ueniamus: de quibus Eudoxus, Platonis auditor, in astrologia iudicio doctissimorum hominum facile princeps, sic opinatur, id quod scriptum reliquit: Chaldaei in praedictione, & in notatione cuiusque uitae ex natali die, minime esse credendum. Nominat etiam Panaitius, qui unus e Stoicis astrologorum praedicta reiecit; Archelaum, & Cassandrum, summos astrologos illius aetatis, qua erat ipse, cum in ceteris astrologiae partibus excellerent, hoc praedictionis genere non usos. Scylax Halicarnasseus, familia-

ris Panaetij, excellens in astrologia, idemq. in regenda sua ciuitate princeps, totum hoc Chaldaicum praedicendi genus repudiauit. Sed, ut ratione utamur, omisiss testibus, sic isti disputant, qui haec Chaldaeorum natalicia praedita defundunt. uim quandam esse aiunt signifero in orbe, qui Graece ζοδιακός dicitur, talem, ut eius orbis unaquaeque pars alia alio modo moueat, immutatq. caelum, perinde ut quaeque stellae in iis, siue timis q. partibus sint quoque tempore; eamq. uim uarie moueri ab ijs sideribus, quae uocantur errantia. cum autem in eam ipsam partem orbis uenerint, in qua sit ortus eius, quā nascitur; aut in eam, quae coniunctum aliquid habeat, aut consentiens; ea triangula illi, & quadrata nominat. etenim, cum tempore anni, tempe-

statumque, caeli conuersiones, commutationsq. tantae siant accessu stellarum, & recessu; cumq. ea ui solis efficiantur, quae uidemus: non uerisimile solum, sed etiam uerum esse censem, perinde ut cumque temperatus sit aer, ita pueros orientes animari, atque formari, ex eoq. ingenia, mores, animum, corpus actionem uitae, casus cuiusque, euentus q. singi. O deliberationem incredibilem. non enim omnis error stultitia est dicenda. quibus etiam Diogenes Stoicus concedit, aliquid ut praedicere possint, dumtaxat quali quisque natura, & ad quam quisque maxime rem aptus futurus sit: cetera, quae profiteantur, nigat ullo modo posse sciiri: etenim genitorum formas esse similes, uitam, atque fortunam plerunque diffare.

EXPLANATIO

ET coniuncta constantia? quasi dicat, Nulla. Ad nostri &c. Accommodauit se, inquit, Ennius ad ritum Romanorum in augurijs. TEMPESTATE? tempore. HOMERICVS? ab Homero inductus Iliad. lib. ix. Graece sic cecinit Homerius:

Ζεύς δὲ σφῖν χρονίδης ἐνθέξεια σύμπατα φύγοντας πάτεται.
Querens? dolens. Ita nobis? Sophocles ea Aiace ἐπ' εἰρήνη. Nobis: auguribus Romanis. DEXTRA sint. apppellent dextra, nimirus ab externis. NOSTRI? Romani scilicet, qui auguria obseruantur. Id? quod Romanis in sinistra esset, & externis in dextra. DISSENSIO? opinionis diuersitas. HORVM? augurium omnium, qui nuncidunt. PARTIM errore, partim superstitione,? Necesse est, inquit, ut haec opiniorum diuersitas referatur ad proprium cuiusque errorem in augurando, & ad alienum, prilicorum scilicet, ut, qui uanis religionibus fuerint addicti, posteris quoque fallendi ansam tradiderint. Non dubitas? quippe, qui optima ratione ad hoc ductus es, ut crederes superstitionibus adiungenda esse omina. Et praerogativam omen comitiorum? Et in comitijs prius rogari de omni. Hoc? adiunctio ominum ad superstitiones. Esse contra se? nam, si talia sectabimur, habebimus uanam quandam religionem ducem rerum gerendam. Ita no? Absurdum est, inquit Cicero, angi, aut laetari alienis uerbis, quae quispiam de re sua dixerit, etiam si illa rebus suis gerendis uideantur apta. ALACRITATEM? animae dilatationem ex spe concepta. CARICAS? fisca aridas. QVAE? qualia omnia. RECEPIT AMVS? admittamus, & obseruemus. SORTES restant, & Chaldaei? Reliquum est, inquit, ut dicamus de Sortibus, & de Chaldaeorum praedictionibus, ex astris. Ad uates? ad naturalem diuinationem. MICARE? ludendo cum altero, aut pluribus, ad libitum digitos explicare, & omnium explicatorum numerum diuinare. SUPERSTITIONEM? uanam religionem. ERROREM? deceptiōnem. CLARISSIMARVM? nobilissimarum, toto orbe, communī consensu. MONUMENTA? annales, & historiae. HONESTVM? uirtute praeditum. NOBILIS,? claros natales habentem. CERTO? designato. SAEPVT? saepē circumclusus PRISCARVM? antiquissimarum. LACTENS? lac luggens. CASTISSIME? purissime. SVMMA nobilitate? summa fama, & celebritate nominis. MONITVS? iussu. TOLLVNTVR,? extrahuntur. QVID igitur &c.? Deridet has sortes M. Cicero, tamquam incertas. CECIDIT &c.? secus, expoliuit, scalpuit. INQUIVINT,? Stoici. SUPERSTITIOSA sollicitudine? uana uxie ate. VITA COMMUNIS? omnes fere uiuentes. EXPLOSIT.? reiecit. IN vulgo? apud multitudinem popularem. QVIS MAGISTRATUS? quis publico munere functus. REFRIXERVNT? qualiter finierunt. C. TOMACHVS? Carnades successor. FORTVNATI OREM? feliciorem. MONSTRA? prodigiosas suppurations, & praedictiones. FACILE? sine controueria. Ex natali die? ex qualitate signorum, inde nativitas. QUI UNUS? qui primus, uel solus. HALICARNASSEVS? Halicarnassus Carthaginos: uide Halicarnassus, & Halicarnassius auctore Stephano. CHALDAICVM? astrologicum, a Chaldaeorum Babyloniis sacerdotibus insignibus in astrologia. ZODIACVS? animalium circulus, ita a Gracis dicitur, quem nostri signiferum, propter animalium effigies, quae in eis signatae continentur. VNAQVAEQUE pars? quae animalis effigie insignis est. Sunt autem signiferi circuli duodecim partes, qua sunt Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpio, Sagittarius, Capricornus, Aquarius, Pisces. CAELVM? caelestem qualitatem, & impressionem. FINITIMIS? uicinis. QVOQVE tempore,? quocumque tempore. ORBIS? signiferi. TRIANGVL A illi, & quadrata nominant. Duodecim cum sint signa in Zodiaco, & fidus sub orbe errans distat a signo adscendentie duobus signis diciut adspicere illum adspicere sexili, cum tribus signis, quadrato adspicere, cum quatuor signis, triangulari, quia distantia duorum signorum est sexta pars Zodiaci, trium quarta, quattuor, tertia. Ex quatuor his interuallis, quae aliquod habent momentum, M. Cicero duo tantum posuit, quae maiores habent uires. TEMPORIS anni? temperato anno cursu ipsius calendari. PERINDE? sic. ANIMARI? animam recipere, uiuiscari, atque conformari. INGENIA? qualitates ingeniorum, docilitates, hebetudines. MORES? dispositiones, leues, graues, molles, seueras, iocolas letias. ANIMVM? fortem, ignavum; celerem, tardum; magnum, pusillum. ACTIONEM uitae,? modum uitae degendas.

genda. O deliriorem & insaniam. Deridet M. Cicero has Stoicorum rationes. ERROR & inconstans opinio. STVLITIA & hebetudo, & imprudentia. PROFITEANTVR, & affirment. FORMAS & lineamenta corporis. VITAM & uiuendi modum, & metam. FORTVNAM & externa bona.

C I C E R O

PROCLVS, & Euristhenes, Lacedaemoniorum reges, gemini fratres fuerant. at hi nec totidem annos uixerunt: anno enim Procli uita breuior fuit, multumq. is fratri rerum gestarum gloria praestit. At ego id ipsum, quod uir optimus Diogenes Chaldaeis quasi quadam praeuaricatione concedit, nego posse intelligi. etenim, cum, ut ipsi dicunt, ortus nascentium Luna moderetur, eaq. animaduertant, et notent sidera natalicia Chaldaei, quaecumque Lunae iuncta uideantur: oculorum fallacissimo sensu iudicant ea, qua ratione, atque animo uidere debeant. docet enim ratio mathematicorum, quam ipsis notam esse oportebat, quanta humilitate Luna feratur, terram paene contingens; quantum absit a proxima Mercurij stella, multo autem longius a Veneris; deinde alio intervallo distet a Sole, cuius lumine collustrari putatur, reliqua uero tria interualla infinita, & immensa, a Sole ad Martis, inde ad Iouis, ab eo ad saturni stellam, inde ad caelum ipsum, quod extre-
mum, atque ultimum mundi est. quae potest igitur contagio ex infinito paene intervallo pertinere ad Lunam, uel potius ad terram? Quid? cum dicunt id, quod ipsis dicere necesse est, omnes omnium ortus, qui-
cumque gignantur in omni terra, quae incolatur, eosdem esse, eademq. omnibus, qui eodem statu caeli, et stellarum nati sunt, accidere necesse esse; non ne eiusmodi sunt, ut ne caeli quidem naturam interpretes istos caeli nosse appareat: cum enim illi orbes, qui caelum quasi medium dividunt, & affectum nostrum definunt, qui a Gracis apicem nominantur, a nobis finientes rectissime nominari possunt, uarietatem maximam habeant, aliq. in alijs locis sunt: necesse est, ortus, occasusq. siderum non fieri eodem tempore apud amnes. quod si eorum uicem in modo hoc, modo illo modo temperatur: qui potest eadem uis esse nascentium, cum caeli tanta sit dissimilitudo: in his locis,

quae nos incolumis, post solstitium canicula exortur, & quidem aliquot diebus; apud Troglodytas, uerbitur, ante solstitium: ut, si iam concedamus aliquid uim caelestem ad eos, qui in terra gignuntur, pertinere, confitendum sit illis, eos, qui nascuntur eodem tempore, posse in dissimiles incidere naturas propter caeli dissimilitudinem: minime illis placet. uolunt enim illi, omnes eodem tempore ortos, qui ubique sint nati, eadem condicione nasci. sed, quae tanta dementia est, ut in maximis motibus, mutationibusq. caeli nihil intersit, qui uentus, qui imber, quae tempestas ubique sit? quarum rerum in proximis locis tantae dissimilitudines saepe sunt, ut alia Tuscani, aliae Romae eueniae saepe tempestas. quod, qui nauigant, maxime animaduertunt, cum in fluctuibus promontoriis uentorum mutationes maximas saepe sentiant. haec igitur cum sit tum serenitas, tum perturbatio caeli: est ne sanorum hominum, hoc ad nascentium ortus pertinere non dicere: quod non certo pertinet: Illud nescio quid tenuer, quod sentiri nullo modo, intelligi autem uix potest, quae a Luna, ceterisq. sideribus caeli temperatio fiat, dicere ad puerorum ortus pertinere. Quid, quod non intelligent seminum uim, quae ad gignendum, procreandumq. plurimum ualeat, funditus tolli, mediocre erroris est: quis enim non uidet, & formas, & mores, & plerosque status, ac motus effingere a parentibus liberos & quod non contingeret, si hoc non nisi, & natura gignentium efficeret. sed temperatio Lunae, caeliq. moderatio. Quid, quod uno eodemq. tempore puncto nati dissimiles et naturas, & uitias, & casus habent, parum ne declarant nihil ad agendam uitam nascenti tempus pertinere: nisi forte putamus neminem eodem tempore ipsi & conceptum, & natum, quo Africanum. numerus igitur talis fuit?

E X P L A N A T I O

PROCLVS, & Patrocles a Strabone lib. x. uocatur. PRAESTITIT & antecessit. OPTIMVS & simplicissimus, non uersatus in disputationibus. PRAEVARI CATIONE & transgressione sui muneris, & tutelae ueritatis. INTELLIGI. & ab ipsis Chaldaeis, id profitentibus, qualis sit quisque futurus, & cui negotio aptus, uel ineptus. NATALICIA & genitaram informantia. VIDEANTVR & iudicio oculorum appareant. EA & siderum interualla. MATHEMATICORVM & ita dicuntur, qui Geometriam, Arithmeticam, Musicam, & Astronomiam profitentur. HUMILITATE & ad humum depreffione. ABSIT & distet. CONTAGIO & coniunctio, consensus. AD TERRAM & ubi exercetur generatio, quae longissime distat a sideribus. EOSDEM & similis. STATV & situ, condicione. EIVSMODI sunt & hoc est, ita obtusi. ALII & diuersi. TEMPERATVR & modum recipit. TROGLODYTAS, & Troglodytae populi sunt Africæ cauernas incolentes: & inde nomen τρογλόδυτος, enim cauerna: & θύει ingrediior. TEMPESTAS & temporis qualitas. FLECTENDIS & lustrandis, & ambientis. VIM & efficaciam. FUNDITVS tolli, & omnino remoueri. NATVRAS & naturales qualitates, docilitatem, hebetudinem. VITAS & studia, modos uitae degendae. AD agendum uitam & ad uiuendi modum.

CICE-

C I C E R O

QVID illud ne dubium est, quin multi, cum ita nati essent, ut quaedam contra naturam depravata haberent, restituerentur, & corrigerentur ab natura, cum se ipsa renovaret, aut arte, aut medicina? aut quorū linguae sic inhaerenterent, ut loqui non possent, eae scalpello resectae liberarentur? Multi etiam naturae uitium meditatione, atque exercitatio ne sustulerunt, ut Demosthenem scribit Phalereus, cum rho diceret requiret, exercitatione fecisse, ut plannissime diceret. quod si haec astro ingenerata, & tradita essent, nulla res ea mutare posset. Quid? dissimilitudo locorum non ne dissimiles hominum procreations habet? quas quidem per currere oratione facile est: quid inter Indos & Persas, Aethiopas, & Syros differat corporibus, animis: ut incredibilis uarietas, dissimilitudoq. sit, ex quo intelligitur, plus terrorum sit, quam Lunae tractus, ad nascendum ualere. Nam, quod aiunt quadrungenta & septuaginta millia annorum in periclitandis, experiundisq. pueris, quicumque essent nati, Babylonia posuisse, fallunt. si enim esset factitatum, non esset desitum. nemine autem habemus auctorem, qui aut fieri dicat, aut factū sciat. Vides ne me nō ea dicere, quae Carneades, sed ea, quae princeps Stoicorum Panaetius dixerit? Ego autem etiam hoc requiro, omnes ne, qui Cannensis pugna ceciderunt, uno astro fuerint. exitus quidem omnium unus & idem fuit. Quid? qui ingenio, atque animo singulares, num astro quoque uno? quod enim tempus, quo non innumerabiles nascantur? at certe nemo similis Homeri. & si ad rem pertinet, quo modo caelo affecto, compositisq. sideribus quodque animal oriatur: ualeat id neceſſe est etiam in rebus inanimis. quo quid dici potest absurdius? L. quidem Tarutius Firmanus, familiaris noster, in primis Chaldaeis rationibus eruditus, urbis etiam nostrae natalem diem repetebat ab ijs Parilibus, quibus eam a Romulo conditam accepimus; Romamque, cum esset in iugo Luna, natam esse dicebat; nec eius fata canere dubitabat. o uim maximam erroris. etiam ne urbis natalis dies ad uim stellarum, & Lunae pertinebat, fac in pueru referre, ex qua affectione caeli primum spiritum duxerit: num hoc in latere, aut in caemento, ex quibus urbs effecta est, potuit ualere? sed, quid plura? quotidie refelluntur. quam multa ego Pompeio, quam multa Crasso, quam multa huic ipſi Caesaris Chaldaeis dicta memini, neminem eorum, nisi senectute, nisi domi, nisi cum claritate esse moritum: ut mihi permirum uideatur, quemquam exstare, qui etiam nunc credit ijs, quorum praedita quotidie uideat re, & euentis refelli. Restant duo diuinandi genera; quae habere dicimur a natura, non ab arte, uaticinandi, et somniandi: de quibus Quincte, in-

quam, si placet, disseramus. Mihi uero, inquit, placet. his enim, quae adbuc disputasti, prorsus assentior: et, uere ut loquar, quamquam tua me oratio confirmavit, tamen etiam mea sponte nimis superstitione de divisione Stoicorum sententiam iudicabam: ac me Peripateticorum ratio magis mouebat, & ueteris Di caearchi, & eius, qui nunc floret, Cratippi: qui censem esse in mentibus hominum tamquam oraculum aliquod, ex quo futura praesentiant, si aut furor diuinus incitatus animus, aut somno relaxatus solute moueat, ac libere, his de generibus quid sentias, & quibus ea rationibus infirmes, audire sane uelim. Quae cum ille dixisset, tum ego rursus quasi ab alio principio sum exorsus dicere. Non ignoror, Quincte, semper ita sensisse, ut de ceteris divisioni generibus dubitares, ista duo, furoris, & somni, quae a libera mente fluere uiderentur, probares. dicta igitur, de ipsis duobus generibus mihi quid uideatur; si prius, Stoicorum rationis conclusio, & Cratippi nostri quid ualeat, uidero. Dixisti & Chrysippum, & Diogenem, & Antipatrum concludere hoc modo. si sunt dī, neque ante declarant hominibus, quae futura sint: aut non diligunt homines: aut, quid euenturum sit, ignorant: aut existimant nihil interesse hominum, scire, quid sit futurum; aut non censem esse suae maiestatis, praesignificare hominibus, quae sint futura: aut ea ne ipsis quidem dī significare possunt. at neque non diligunt nos; sunt enim beneficii, generiq. hominum amici: neque ignorant ea, quae ab ipsis constituta, & designata sunt: neque nostra nihil interest, scire ea, quae futura sunt; erimus n. cauiores, si scierimus: neque hoc alienum ducunt maiestate sua; nihil est enim beneficentia praestantius: neque non possunt futura praenoscere: non igitur dī sunt, nec significant nobis futura: sunt autem dī, significant ergo. & non, si significant futura, nullas dant nobis uias ad significationum scientiam; frustra enim significant: neque, si dant uias, non est divisione: est igitur divisione. O acutos homines: quam paucis verbis negotium consecutum putant. ea sunt ad concludendum, quorum ijs nihil conceditur. conclusio autem rationis ea probanda est, in qua ex rebus non dubijs id, quod dubitatur, efficitur. Vides ne Epicurum, quem hebetem, & rudem dicere solent Stoici, quemadmodum, quod in natura rerum, omne esse dicimus, in infinitum esse conclusit: quod finitum est, inquit, habet extreum. quis hoc non dederit? quod habet extreum, id cernitur ex alio extrinsecus. hoc quoque est concedendum. at, quod omne est, id non cernitur ex alio extrinsecus, ne hoc quidem negari potest. nihil igitur cum habeat extreum, infinitum sit neceſſe est.

E X P L A N A T I O

DEPRAVATA corrupta. REVOCASSET restituisset. INHAERENT obligatae essent. MEDIATIONE, inuentione, artificio. PLANISSIME nullo impedimento, explicatissime. SITVS uarias positiones. TRACTVS, uarias influentias. FALLVNT decipiunt mentientes. SINGULARES excellentes. AFFECTO uarie disposito. COMPOSITIS uarie collocatis. QVODQVE animal liceat inter se differant.

differant. **PARILIBVS** A Pale pastorum dea, immutata littera L, dicta sunt Parilia, quae sacra in honorem ipsius deae celebrabantur x i. Kal. Maij, qui Romae natalis dies fuit. Variae eo die fieri solebant purgationes, & expiamina, quorum Ouidius meminit Fast. i. v.

Alma Pales faueas pastoria sacra canenti,

Prosequar officio si tua facta meo.

Certe ego de uitulo cinerem, stipulamq. fabalem,

Saepe tuli plena februa tosta manu.

Certe ego transilui positas ter in ordine flamas,

Virgaq. rorales laurea misit aquas.

In **iugo** in signo librae, quae duos singitur habere lances transuerso ueluti iugo pendulos. quod etiam instrumentum iustitiae simbolum tradunt. Proprie tamen lugum est fabrefactum lignum, cui subactis ceruicibus boves pariter iuncti currum trahunt, aut aratum. Prisci ciuitatum conditores religionis causa auspicato die pariter iunctis bobus tauro, scilicet & ad eius dextram uacca, interiore aratro circumagebant fulcum, & designabant loca murorum, tenebantq. stiuam incuruam, ut glebae omnes intrinsecus caderent. Qui dies erat natalis urbi. Quare, quod dicit Mathematicus Tarutius Romanum fuisse conditam, cum esset in iugo Luna, Aegyptiacum quid redolet: Aegyptios enim, a quibus Mathematicae artes profluxere, palam est summos eorum reges, ac deos Osiridem, atque Isidem, quos Solem & Lunam arbitriari sunt post mortem sub bouis, ac iuueniae effigie coluisse. **NATAM** inchoatam, exaratum, descriptam, designatam. **CANERE** publicare, praedicere. **FAC REFERRE** Esto quod referat. **LATERE** Lateres sunt cretaceae massae quadrangularis formae oblongae, quae fornaciibus durescunt: & inde sunt muri tenacissimi. **CAEMENTO** est glutinum, simul iungens lateres in aedificijs. **CLARITATE** splendor eminem. **SUPERSTITIOSAM** uanam, credulam. **ORACVLVM** locum sacrum. **FVRORE** impietu abalienante animum a mente. **INFIRMES** debilitates, atque refellas. **VALEAT** an scilicet necessitatem importet. Aut ea ne ipse quidem dicit significare possunt. Mihi hoc totum frustra uidetur inculcatum: quorsum enim iteretur? cum idem significet, id quod dixit. Aut, quid euenturum sit ignorant. Haec Paullus pater. O acutos homines! Ironica locutio. **CONFECTVM** absolutum, recte conclusum. **EFFICITVR** concluditur. **HEBETEM** crassi ingenij. **RVDEM** ignorarum. **EXTREMVM** extrinsecus definiens. **DEDERIT** tamquam manifeste uerum concesserit. **QVOD OMNE EST** quod in se continet quid est.

C I C E R O

VIDES ne ut ad rem dubiam, concessis rebus, peruenierit? hoc uos dialetici non facitis: nec solum ea non sumitis ad concludendum, quae ab omnibus concedantur; sed ea sumitis, quibus concessis, nibilo magis officia tis quod uelitis. primum enim hoc sumitis. si sunt dicit, beneficii in homines sunt. quis hoc uobis dabit? Epicurus ne, qui negat quidquam deos nec alieni curare, nec sui; an noster Ennius, qui magno plausulo loquitur, assentiente populo?

Ego, deum genus esse, semper dixi, & dicam cælitum:

Sed eos non curare opinor, quid agat humanum genus.

et quidem, cur sic opinetur, rationem subiicit. sed nihil est necesse dicere, quae sequuntur. tantum sat est intelligi, id sumere istos pro certo, quod dubium, controversumq. sit. Sequitur porro, nihil deos ignorare, quod omnia sint ab ijs constituta. hic uero quanta pugna est doctissimorum hominum, negantium esse haec a dīs immortalibus constituta at nostra interpellare, quae euentura sint. magnus Dicaearchi liber est, nescire ea, melius esse, quam scire. * negant enim id esse alienum maiestatis deorum, scilicet cauſas omnium introſpicere, ut uideant, quid cuique conducat. Neque non possunt futura praenoscerre. negant posse ijs, quibus non placet esse certum, quid futurum sit. **Vides** ne igitur, quae dubia sunt, ea sumere ipſos pro certis, atque concessis? Deinde contorquent, & ita concludunt, non igitur & sunt dīs, nec significant futura; id enim iam perfectum ar-

bitrantur. deinde assumunt: sunt autem dīs: quod ipsum non ab omnibus cōceditur: significant ergo, ne id quidem sequitur: posunt enim non significare, & tamen esse dīs, nec, si significant, non dare uias aliquas ad scientiam significationis. at id quoque potest, ut non dent homini, sed ipse habeant. cur enim Tuscis potius, quam Romanis darent? nec, si dant uias, nulla est diuinatio. Fac dare deos: quod absurdum est: quid refert, si accipere non possumus? Extremum, est igitur diuinatio. sit extremum: effectum tamen non est. ex falsis enim, ut ab ipsis didicimus, uerum effici non potest: iacet igitur tota conclusio. Veniamus nunc ad optimum uirum, familiarem nostrum, Cratippum. Si sine oculis, inquit, non potest existare officium, & munus oculorum; posunt autem aliquando oculi non fungi suo munere: qui uel semel ita est usus oculis, ut uera cerneret, is habet sensum oculorum uera cernētum. item igitur, si sine diuinatione non potest officium, & munus diuinationis existare; potest autem, cum quis diuinationem habeat, errare aliquando, nec uera cerneret: satis est ad confirmandam diuinationem, semel aliquid ita esse diuinatum, nihil ut fortuito cecidisse uideatur. sunt autem eius generis innumerabilia: esse igitur diuinationem confitendum est. Festiu, & breuiter: sed, cum bis sumpsit quod uoluit, etiam si faciles nos ad concludendum habuerit, id tamen, quod assumit, concedi nullo modo potest. Si, inquit, aliquando oculi peccāt, tamen, quia recte ali quādo uiderint, inest in ijs uis uidendi. item, si qui semel aliquid in diuinatione dixerit, is etiam cum peccat,

cet,

cet, tamen ex similius sit habere uim diuinandi. uide, queso, Cratippe noster, quam sint ista similia: nam mibi quidem non uidentur. oculi enim uera cer- nentes, utuntur natura, atque sensu: animi si quando uel uaticinando, uel somniando uera uiderunt, usi sunt fortuna, atque casu. nisi forte conceburos ti- bi ex similius eos, qui somnia pro somniis habent, si quando aliquod somnium uerum euaserit, non id for- tuito accidisse. Sed demus tibi istas duas sumptiones, ea, quae nūquata appellant dialegitici; sed nos Latine loqui malumus: prae sumptio tamen, quam $\tau\pi\omega\lambda\tau\pi\lambda$ ijdem uocant, non dabitur. assument autem Cratippus hoc modo. Sunt autem innumerabiles prae sumptiones non fortuitae. at ego dico nullam. uide, quanta sit controveneria. iam, assumptione non concessa, nulla conclusio est. At impudentes sumus, qui, quod tam perspicuum sit, non concedamus. quid est perspicuum? multa uera, inquit, euadere. quid, quod multo plu- ra falsa? non ne ipsa uarietas, quae est propria fortu- nae, fortunam esse causam, non naturam, docet? deinde, si tua ista conclusio, Cratippe, uera est; (tecum enim mibi res est) non ne intelligis, eadem uti posse & haruspices, & fulgoratores, & interpres ostentorum, & augures, & sortilegos, & Chaldaeos? quorum generum nullum est, ex quo non aliiquid, si- cut praedictum sit, euaserit. ergo aut ea quoque ge- nera diuinandi sunt, quae tu rectissime improbas: aut, si ea non sunt, non intelligo, cur haec duo sint, quae relinquimus. qua ergo ratione haec inducis, ea- dem illa possunt esse, quae tollis. Quid uero habet auctoritatis furor iste, quem diuinum uocatis, ut, quae sapiens non uideat, ea uideat insanus, & is, qui humano sensus amiserit, diuinos affectus sit? Sibyllae uersus obseruamus, quos illa furens fudisse dicitur: quorum interpres nuper, falsa quadam ho- minum fama, dicturus in senatu putabatur, eum, quem re uera regem habebamus, appellandum quo- que esse regem, si salui esse uellemus. hoc si est in li- bris, in quem hominem, & in quod tempus est & cali- lide enim, qui illa composuit, perfecit, ut, quodcum- que accidisset, praedictum uideretur, hominum, & temporum definitione sublata. adhibuit etiam late- bram obscuritatis, ut ijdem uersus alias in aliam rem posse accommodari uiderentur. non esse autem illud carmen furentis, cum ipsum poema declarat, (est enim magis artis, & diligentiae, quam incita- tionis, & metus) tum uero ea, quae $\delta\pi\sigma\pi\gamma\lambda\pi\lambda$ dici- tur, cum deinceps ex primis uersus litteris aliquid connectitur, ut in quibusdam Ennianis. id certe ma- gis est attenti animi, quam furentis. atque in Sibyl- linis ex primo uersu cuiusque sententiae primis lit- teris illius sententiae carmen omne praetexitur, hoc scriptoris est, non furentis; adhibentis diligentiam, non insani. quamobrem Sibyllam quidem se possum, & conditam habeamus, ut, id quod proditum est a maioribus, iniussu senatus ne legantur quidem libri, ualeantq. ad deponendas potius, quam ad suscipien- das religiones: cum antislitibus agamus, ut quiduis potius ex illis libris, quam regem, proferat: quem Romae post hac nec dicit, nec homines esse patientur. At multi, saepe uera uaticinati, ut Cassandra: Iamq. mari magno. - eademq. paullo post: Eheu uidete. -

num igitur me cogis etiam fabulis credere? quae de- letationis habeant, quantum uoles; uerbis, sen- tentijs, numeris, cantibus adiuuentur: auclorita- tem quidem nullam debemus, nec fidem commenti- cijs rebus adiungere. Eodemq. modo nec ego Publi- cio nescio cui, nec Martijs uatibus, nec Apollinis opertis credendum exissimo; quorum partim facta aperte, partim effutita temere, numquam ne me- diocri quidem cuiquam, non modo prudenti, probata sunt. Quid, inquires, remex ille de classe Coponij; non ne ea praedixit, quae facta sunt? ille uero & ea quidem, quae omnes eo tempore, ne acciden- rent, timebamus. castra enim in Thessalia castris collata audiebamus: uidebaturq. nobis exercitus Cae- saris et audaciae plus habere, quippe qui patriae bel- lum intulisset; & roboris, propter uictustatem. ca- sum autem proelij, nemo nostrum erat, quin time- ret, sed ita, ut constantibus hominibus par erat, non aperte. ille autem Graecus, quid mirum, si magnitu- dine timoris, ut plerumque fit, a constantia, atque a mente, atque a se ipse discessit? qua perturbatione animi, quae, sanus cum esset, timebat ne euenirent, ea demens euentura esse dicebat. utrum tandem, per deos atque homines, magis uerisimile est, uacuum remigem, an aliquem nostrum, qui ibi tum eramus, M. Catonem, Varronem, Coponium ipsum consilia deorum immortalium perspicere potuisse?

EXPLANATIO

EFFICIATIS & concludatis. Quis hoc nobis dabit? & quasi dicat, Nemo. RATIONEM subiicit. & con- futatam in primo de natura deorum. CONTROVERSUM sit & redarguarunt, cui non omnes assentiant. HIC & in hac parte, AT nostra interest? Ita dicebant Stoici. NEGANT enim id esse alienum maiestatis deorum, scilicet causas omnium introspicere, & Apparet, haec superioribus esse attexenda, locumq. ita cor- rigendum: Negant etiam id esse alienum maiestatis deorum, scilicet casas omnium introspicere. quo enim or- dine Chrysippus, Diogenes, & Antipater, rationes, cur diuinatio esset attulerant; eodem ordine eas ipsas ra- tiones conatur Cicero confutare. Negant etiam, inquit, id esse alienum maiestatis deorum, casas omnium introspicere: $\epsilon\pi\omega\pi\pi\tau\pi\tau\pi\tau$: quasi dicat; maxime est alienum maiestatis deorum, casas omnium introspicere, ut ui- deant, quid cuique conducat. Et dixit Casas potius, quam Domos, ut humilitate uerbi maior esset ironia. domos enim principes uiri habitare solent, casas non solent, quae agrestium propriæ sunt. Dictionem autem illam, Scilicet, ita accipimus, ut per ironiam posita sit, non ut, Id est, significet. Neque, Maiestate, Legi, pro, Maiestatis; cum Alienus etiam generandi calu coniungatur; ut lib. I. de Fin. Quis alienum putet eius el- edignitatis, quam mihi quisque tribuit? Et de Vnueritate: Naturam fugientem, & eius copulationis alie- nam.

nam. Et Sallustius in Catil. Domus D. Brutii propinqua foro, neque aliena consilij propter Semproniam. Et Luer. lib. vi. Alienam pacis eorum. Et ibidem infra, Nec tamen haec ita sunt aliarum rerum aliena. Haec Paullus pater. **CONTORQVENT**, & obliquant conclusionem ad partem negatiuam. **PERFECTVM** & optimo conclusum. **EXTREMVM**, & quod ultimo afferunt Stoici. est illatio, quae sequitur. **EFFECTVM** & conclusum. **AB IPSIS** Stoicis dialectica ratione subnixis. **OPTIMVM** uirum & simplicissimum, minime uersum in dialecticis. **FESTIVE** & incunde. **VIDE** quae oportet &c. & Negat M. Cicero similitudinem a Cratippo allatam posse probare, ueram esse diuinationem. **HABENT**, & existimant. **λύματα** & a uerbo **λύματα**, id est Sumo, & Capi. **PRAESUMPTIO** ea est, quam recentiores dialectici maiorem propositionem uocant. sicuti minorem propositionem, quae a M. Cicerone assumptio. At ego & Negat M. Cicero Cratippi assumptionem siue minorem propositionem. **EVADERE** & euene. **VARIETAS** & inconstantia. **SORTILEGOS** & diuinantes. sortium ductu. **QVORVM** generum & ad artificiosam diuinationem pertinentium. **RECTISSIME** & optimo iure. **QVAE** tollit. & quae esse negas. **OBSERVAMVS**, & audimus illis credentes. **QVORVM** interpres & L. Cotta, de quo Suetonius in Iulio Caesare his uerbis: Percrebuit fama, L. Cottam xv uirum sententiam diciturum, ut, quoniam libris fatalibus contineretur, Parthos nisi a rege non posse uinci, Caesar rex appellaretur. Ex quo Ciceronis locus illustratur, & simul intelligitur, libris Sibyllinis interpretandis xv viros praefuisse. Haec Paullus pater. In quem hominem & ita dicit, quoniam in libris Sibyllinis ponebatur, nec hominis nomen, nec tempus, quo ille rex appellandus esset. **DEFINITIONE** & determinatione. **LATEBRAM** & configum. **ALIAS** & alio tempore. **FVRENTIS** & mentis a sensibus abstractae, & commotae. **ANPOSITAE** & id est, compositio e summitate uersuum. **enī** enim Graece summum Latine, & **sīxē** uersus, unde **anpositae**. **DEINCEPS** & successiue, per ordinem. **VALEANT** & efficaces sint. **ANTISTITIBVS** & librorum Sibyllinorum interpretibus. Posthac & post Caesarii mortem. Nvm igitur & Reicit M. Cicero poetis ingenis confita. **FIDEM** & credulitatem. **NESCIO** cui & his uerbis Publicij antiqui uatis auctoritatem adimit M. Cicero. **OPERTIS** & oraculis secretis, aut cortinis. **ILLE** uero, & Fatetur M. Cicerotem gem praedixisse. **COLLATA** & coniuncta, ut pugna differri non posset. **QVIN** qui non. **CONSTANTIUS** & graibus. **DEMENS** & mente commotus.

C I C E R O

SED iam ad te uenio,
O sancte Apollo, qui umbilicum terrarum cer-
tum obsides,

unde superstitione primum saeva euasit nox fera.
tuis enim oraculis Chrysippus totum uolumen im-
plete partim falsis, ut ego opinor; partim casu ue-
ris, ut sit in omni oratione saepissime; partim flexi-
loquis, & obscuris, ut interpres egeat interprete,
& sors ipsa referenda sit ad sortes; partim ambi-
guis, & quae ad dialecticum referenda sint. nam
cum sors illa edita est opulentissimo regi Asiae,
Croesus Halym penetrans magnam peruerteret op-
pum uim;

hos filium uim sepe peruersurum putauit, peruerterit
autem suam, utrum igitur eorum accidisset, uerum
oraculum fuisse. cur autē hoc credam umquam editum
Croeso? aut Herodotum cur ueraciorem ducam
Ennio? num minus ille potuit de Croeso, quam de
Pyrrho fingere Ennius? quis enim est, qui credat,
Apollinis ex oraculo Pyrrho esse risponsum,
Alio te Aeacida Romanos uincere posse?

primum, Latine Apollo numquam locutus est: de-
inde, ista sors inaudita Graecis est: praeterea, Pyrrhi
temporibus iam Apollo uersus facere desierat:
postremo, quamquam semper fuit, ut apud En-
nium est,

Stolidum genus Aeacidarum;

Belli potentes sunt magi, quam sapientipotentes: ta-
men banc amphibologiam uersus intelligere potui-
set, vincere te Romanos nibilo magis in se, quam in
Romanos ualere. nam illa amphibologia, quae Croe-
sus decepit, uel Chrysippum potuisse fallere: haec
uero ne Epicurum quidem. Sed, quod caput est, cur
isto modo iam oracula Delphicis non eduntur, non mo-

do nostra aetate, sed iam diu, iam ut nihil possit esse
contemptius & hoc loco cum urgentur, euauisse
aiunt uetus state uim loci eius, unde anhelitus ille ter-
rae fieret, quo Pythia mente incitata oracula ede-
ret. De uino, aut falsamento putas loqui, quae euau-
escunt uetus state de uim loci agitur, neque solum na-
turali, sed etiam diuina: quae quo tandem modo euau-
nit & uetus state, inquietas, quae uetus est, quae uim
diuinam confiscere possit & quid tam diuinum, quam
afflatus ex terra mentem ita mouens, ut eam pro-
uidam rerum futurarum efficiat, ut ea non modo cer-
nat multo ante, sed etiam numero, uersuq. pronun-
ciet: quando autem ista uis euauit? an postquam ho-
mines minus creduli esse coeperunt? Demosthenes qui
dem, qui ab inceps annos prope ccc. fuit, iam tum
φιλιππίων Pythiam dicebat, id est quasi cum Phi-
lippo facere. hoc autem eo spectabat, ut eam a Phi-
lippo corrumpam diceret: quo licet existimare, in alijs
quoque oraculis Delphicis aliiquid non sinceri fuisse.
Sed nescio quo modo isti philosophi, superstitionis, &
& paene fanatici, quiduis malle uidentur, quam se non
ineptos, euauisse mauultis, & exstinctum esse id,
quod si umquam fuit, certe aeternum eset, quam
ea, quae non sunt credenda, non credere. Similis est
error in somniis: quorum quidem defensio repetita
quam longe est: diuinos animos censent esse nostros,
eosq. esse tristes extrinsecus, animorumq. conser-
tentiam multitudine completum esse mundum: hac
igitur mentis, & ipsius diuinitate, & coniunctione
cum externis mentibus, cerni quae sint futura. con-
trabi autem animum Zeno, & quasi labi putat, at-
que concidere, & ipsum esse dormire. iam Pythago-
ras, & Plato, locupletissimi auctores, quo in som-
niis certiora uideamus, praeparatos quodam cul-
tu, atque

T tu, atque

tu, atque uictu proficisci ad dormiendum iubent: faba quidem Pythagorei utique abstinere: quasi uero eo cibo mens, non uenter, infletur. sed nescio quo modo nihil tam absurde dici potest, quod non dicatur ab aliquo philosophorum. Vtrum igitur censemus dormientium animos per semet ipsos in somniando moueri, an, ut Democritus censet, externa, & aduenticia uisione pulsari? sive enim sic est, sive illo modo, uideri possunt permulta somniantibus falsa pro ueris. nam & nauigantibus moueri uidentur ea, quae stant, & quodam obtutu oculorum duo pro uno lucernae lumina. quid dicam, insanis, quid, ebris, quam multa falsa uideantur? quod si eiusmodi uisis credendum non est; cur somniis credatur, nescio. nam tam licet de his erroribus, si uelis, quam de somniis disputatione: ut ea, quae stant, si moueri uideantur, terrae motum significare dicas, aut repentinam aliquam fugam; gemino autem lucernae lumine declarari dissensionem, ac seditionem moueri. iam ex insanorum, aut eboriorum uisis innumerabilia coniectura trahi possunt, quae futura uideantur. quis est enim, qui, totum diem iaculans, non aliquando collinet? totas noctes somniamus; neque illa fere est, qua non dormiamus: & miramur, aliquando id, quod somniamus, euaderi? quid est tam incertum, quam talorum iactus? tamen nemo est, qui, saepe iactans, uenereum aliquando iaciat, non numquam etiam iterum, ac tertium. num igitur, ut inepit, Veneris id fieri impulsu malumus, quam casu, dicere? Quod si ce-

teris temporibus falsis uisis credendum non est: non video, quid praecipui somnus habeat, in quo ualeant falsa pro ueris. Quod si ita natura paratum esset, ut ea dormientes agerent, quae somniarent: alligandi essent omnes, qui cubitum irent. maiores enim, quam ulli insani, efficierent motus somniantes. Quod si insanorum uisis fides non est habenda, quod falsa sunt: cur credatur somniantium uisis, quae multo etiam perturbatoria sunt, non intelligo. an, quod insanis sua uisa coniectori non narrant, narrat, qui somnauerunt? Quaero etiam, si uelim scribere quid, aut legere, aut canere uoce, uel fidibus, aut geometricum quiddam, aut physicum, aut dialecticum explicare, somnium ne expsectandum sit, an ars adhibebit, sine qua nihil earum rerum nec fieri, nec expediti potest? Atqui, ne si nauigare quidem uelim, ita gubernarem ut somnauerim: praesens enim poena sit. Quid igitur conuenit aegros a conjectore somniorum potius, quam a medico, petere medicinam? an Aesculapius, an Serapis potest nobis prescribere per somnum curationem ualeitudinis, Neptunus gubernantibus non potest? &, si sine medico medicinam dabit Minerua; musae scribendi, legendi, ceterarumq. artium scientiam somniantibus non dabunt? at, si curatio datur ualeudinio, hanc quoque, quae dixi, darentur: quae quoniama non datur, medicina non datur: qua sublata, collitur omnis auctoritas somniorum.

EXPLANATIO

O sancte Apollo, alicuius Tragici poetae carmen est. *VMBILICVM terrarum certum obsides,* res desideria in templo Delphico, quod terrarum umbilicum uocatum alibi retulimus. *EVASIT uox &c.* exiuit fatum, maximo terrore plenum, crudele, ac dirum. Videntur Oedipi uerba Apollinis uoce damnati ob pollutu natalia, caudem patris, & impium cum matre thorum. *ORACVLIS* deorum responsis. *INTERPRES* ipse Apollo. *SORS ipsa,* ipsum responsum per sortes. *AD sortes* ut iterum fortiamur, quid libi uelit ipsa sortes. *AMBIGVIS* quae ad utramque partem trahi possint. *AD dialecticum referenda sint* ut ipse dicat, quid de illo ambiguo sentiat. *CROESVS &c.* Κράτος ἀγαθὸν μεγάλων ἀρχῶν καταλύει. *HALYM* Halys flumen est, qui Medium, & Lydum imperium diuinauerat, fluens ex Armenia. *VIM* copiam. *DVCAM* existimem. *ILLE* Herodotus. *PRIMVM* confutat M. Cicero eiusmodi oracula uti commenticia. *ISTA* sortes &c. tale responsum ambiguum non est in Graecorum monumentis. *STOLIDVM genus Aeacida* rum, & craffi, & hebetis ingenij, ab Aeaco trahentes originem. Ex his Achilles fuit, Pyrrhus, & alijs heroes, insipientes quidem, sed bellacissimi. *AMPHIBOLOGIAM* ambiguitatem. *In se* contra se. *Haec* ex Apolline relata de Aeacide, ac Romanis. *Ne Epicurum quidem* quasi dicat hominem dialectices expertem. *CAPUT* est, *primo considerandum* est. *Hoc loco* in hac parte. *ANHELI TVS* exhalatio. *De uino, aut salamento &c.* sensus est. De uo loci, & diuina ea proferunt, possunt concedi de uino, & salamento, hoc est carne fale condita. nam a uino evaporat spiritus quidam, atque a carne sal exit, ut longo temporis tractu utrumque possit deficere. *CONFICERE* est destruere. *PROVIDAM* praefagam. *Non sinceri* non puri, corrupti. nam ob id ad utramque partem consultationis uergentia respondebat Pythia, ut inde diceret diuinacionis officina. *SUPERSTITIOSI*, nimis creduli. *FANATICI* Lymphati, Faui, sive Fauniaci, A Fauno Fana dicuntur, quod Pontifices sacrificando illic fiantur. Seruius in v. i. Aeneid. *φανός* dictum fuisse Faunum scribit, quod uoce, non signis futura ostenderet. Exstat Horatij carmen lib. IIII. carm. ad Faunum:

Faune, Nymphae fugientum amator &c.

Porphyrius ait Faunum existimatum fuisse inferum, ac pestilentem deum. Eius aedes in insula Tiberina fuit, cuius Ouid. meminit in Faust.

Idibus agrestis fumant altaria Fauni,

Hic, ubi discretas insula rumpit aquas.

E contra Fauni soror, & uxor nomine Fatua, quia fata caneret mulierum castissima fuisse traditur: Ideo eam Romani Bonam deam appellauere, cuius templum fuit in saxo Auentini montis, unde ingressus mariibus prohibebatur, & ei feminae tantum sacrificabant. *INEPTOS* Cicero in 11. de orat. In aliquo genere incon-

cinnus,

cimus, aut multis, is ineptus est. Hoc uitio cumulata est eruditissima illa Graecorum natio: itaque, quod uim huius mali Graeci non uident, ne nomen quidem ei uitio imposuerunt. *Quam longe* quam alte. Et *ipius* animi scilicet. *Divinitate* quam animus ex mente habet. *Coniunctione* consensu, naturali communicatione, & ueluti coniugio. *Externis* caelestibus. *Contrahi* edifiso ambitu, ueluti in centrum trahi, artari, & constringi. *Quo* ut. *Cvltv* uestitu, & ceremoniis. *Faba* Pythagoras percunctatus, ut est apud Lucianum, De Philosophorum uitis, cur fabas non ederet an eas fastidio haberet, responderet, Minime uero. *Absurde* irrationaliter. *Ilo modo* scilicet, ut per se meti platos insompiando mouantur. *Visis* apparitionibus. *Collineat* ad lineam dirigat. *Evadere* euenire. *Quin* qui non. *Agere*, exercecent. *Motus* perturbationes. *Somnium* imago personum. *Praesens* parata. *Serapis* maximus Aegyptiorum deus, quem sub tauri effigie coluere,

C I C E R O

SED haec quoque in promptu: nunc interiora uis deamus. Aut enim diuina uis quadam consuens nobis somniorum significaciones facit: aut conjectores ex quadam conuenientia, & coniunctione naturae, quam uocant *aspiratio*, quid cuique rei conueniat, ex somniis, & quid quamque rem sequatur, intelligunt: aut eorum neutrum est, sed quadam obseruatio constans, atque diurna est, cum quid uisum secundum quietem sit, quid eueniare, aut quid sequi soleat. Primum igitur intelligentum est, nullam uim esse diuinam effectricem somniorum. atque illud quidem perspicuum est, nulla uisa somniorum proficiunt a numine deorum. nostra enim causa dñi facerent, ut prouidere futura possemus. quotus igitur est quisque, qui somniis pareat? qui intelligat? qui meminerit? quam multi uero, qui contemnunt, eamq. superstitionem imbecilli animi, atque anilis putent? quid est igitur, cur hic hominibus consuens deus, somniis moneat eos, qui illa non modo cura, sed ne memoria quidem digna ducant? nec enim ignorare deus potest, quia mente quisque sit: nec, frustra, ac sine causa quid facere, dignum deo est: quod abhorret etiam ab hominis constantia. ita, si pleraque somnia, aut ignorantur, aut negliguntur: aut nescit hoc deus, aut frustra somniorum significazione uitur. sed horum neutrum in deum cadit: nihil igitur a deo somniis significari fatendum est. illud etiam requireo, cur, si deus ista uisa nobis prouidendi causa dat, non uigilatibus potius det, quam dormientibus. sive enim externus, & aduentius pulsus animos dormientium commonet; sive per se ipsi animi mouentur; sive quae causa alia est, cur secundum quietem aliquid uidere, audire, agere uideantur: eadem causa uigilatibus esse poterat; idq. si nostra causa secundum quietem dñi facerent, uigilatibus idem facerent, praesertim cum Chrysippus, Academicos refellens, permuto clariora, & certiora esse dicat, quae uigilatibus uideantur, quam quae somniantibus. fuit igitur diuina beneficentia dignissima: cum considereret nobis, clariora uisa dare uigilatibus, quam obscuriora per somnum. quod quoniam non sit, somnia diuina putanda non sunt. iam uero, quid opus est circuitione, & amfractu, ut sit utendum interpretibus somniorum potius, quam directo deus, si quidem nobis consulebat, hoc facito, hoc ne feceris, diceret; idq. uisum uigilatibus potius, quam dormienti, daret? iam uero, quis dicere audeat, uera omnia esse somnia? aliquot somnia uera, inquit Ennius: sed omnia non est nec-

se. quae est tandem ista distinctio? quae uera, quae falsa habet? & si uera a deo mittuntur, falsa unde nascentur? nam, si ea quoque diuina, quid inconstans deo? quid inscitius autem est, quam mentes mortalium falsis, & mendacibus uisus concitat? si uera uisa diuina sunt, falsa autem, & inania humana: quae est ista designandi licentia, ut hoc deus, hoc natura fecerit potius, quam aut omnia deus, quod negatis, aut omnia natura? quod, quoniam illud negatis, hoc necessario confitendum est. natum autem eam dico, qua numquam animus insensibilis agitatione, & motu esse uacuus potest. is cum languore corporis, nec membris uti, nec sensibus potest, incidit in uisa uaria, & incerta ex reliquis, ut ait Aristoteles, inhaerentibus earum rerum, quas uigilans gesserit, aut cogitarit. quarum perturbatione mirabiles interdum existunt species somniorum, quae si alia uera, alia falsa: qua nota introverscantur, scire sane uelim. si nulla est; quid istos interpres audiamus? si quaepiam est; aucto audire, quae sit. sed haerebunt, uenit enim iam in contentionem, utrum sit probabilius deos ne immortales, rerum omnium praestantia excellentes, concursare omnium mortalium, qui ubique sunt, non modo letos, uerum etiam grabatos, & cum stertentes aliquos uiderint, obsecere his uisa quadam tortuosa, & obscura, quae illi exterriti somnio ad coniectorem mane deferant; an natura fieri, ut mobiliter animus agitatus, quod uigilans uiderit, dormiens uide uideatur. utrum philosophia dignius, sagarum superstitione ista interpretari, an explicacione naturae? ut, si iam fieri possit coniectura uera somniorum, tamen isti, qui profitentur, eam facere non possunt. ex leuissimo enim, & indolissimo genere constant. Stoici autem tui negant quenquam, nisi sapientem, diuinum esse posse. Chrysippus quidem diuinationem definit his uerbis, uim cognoscenter, & uidentem, & explicantem signa, quae a diis hominibus portendantur: officium autem eius esse, praenoscere, dñ erga homines mente qua sint, quidq. significant, quemadmodumq. ea procurentur, atque expientur. idemq. somniorum coniectationem definit hoc modo, esse uim cernentem, & explanantem, quae a diis hominibus significantur in somniis. quid ergo? ad haec mediocri opus est prudentia, an & ingenio praestanti, & eruditione perfecta? talem autem cognouimus neminem. uide igitur, ne, etiam si diuinationem tibi esse concessero, quod numquam faciam; neminem tamen diuinum reperire possumus.

T 2 qualis

qualis autem ista mens est deorum, si neque ea nobis significant in somnijs, quae ipsi per nos intelligamus; neque ea, quorum interpretes habere possumus? similes enim sunt dij, si ea nobis obijciunt, quorum neque scientiam, neque explanationem habeamus, tamquam si Poeni, aut Hispani in senatu nostro sine interprete loquerentur. Iam uero, quo pertinent obscuritates. & acnigmata somniorum? intelligi enim a nobis dij uelle debebant ea, quae nostra causa nos monebant. Quid? poeta nemo, nemo physicus obscurus: ille uero nimis etiam obscurus Euphorion: at non Homerus: uter igitur melior? uale Heraclitus obscurus, minime Democritus: num igitur conferend? Mea causa me mones, quod non intelligam: quid me igitur mones? ut, si quis medecus aegroto imperet, ut sumat Terrigenam, herbigradam, domiportam, sanguine cassam, potius quam, hominum more, coelbeam, dicere. nam Pacuvianus Amphion: Quadrupes tardigrada, agrestis, humilis, aspera, Capite breui, cervice anguina, adspicere truci,

Euiscerata, inanima cum animali sono, cum dixisset obscurius, tum Attici respondent: non intelligimus, nisi a perte dixeris. at ille uno uerbo, testudo, non potueras hoc igitur a principio cythara dicere? Desert ad coniectorem quidam somnijs se se, ouum pendere ex fascia lecti sui cubiculatis, est hoc in Chrysippi libro somnum. respondit coniector, thesaurum defossum esse sub lecto. fudit: inuenit auri aliquantum, idq. circumdatauim argento, misit coniectori quantulum uisum est de argento, tum ille, nihil ne de uitello: id enim ex ovo uidebatur aurum declarasse, reliquum argentum. nemo negligitur umquam alius ouum somniauit? cur ergo hic nescio quis thesaurum solus inuenit? quam multi inopes, digni praesidio deorum, nullo somnio ad thesaurum reperiendum admonentur? quam autem ob causam tam est obscurare admonitus, ut ex ovo nascetur thesauri similitudo, potius, quam aperte thesaurum quaerere iuberetur, sicut aperte Simonides uetus est nauigare? Ergo obscura somnia minime consentanea sunt maiestati deorum.

EXPLANATIO

IN promptu? in manifesto, & ad manus. INTERIORA? magis recondita. QUIETEM? somnium. PRIMUM igitur? Probat M. Cicero deos non immittere somnia. ID facerent? hoc est, somnia immittent. QVOTVS est quisque,? ac si dicat, Nullus ferè est. SUPERSTITIONEM? credulitatem. ANILIS? creduli, inepti. CONSTANTIA? grauitate. ADVENTICIVS pulsus? extrinsecus instinctus. AMFRACIVS? obliquitate. DIRECTO? expeditissime, absque ambagibus, atque interpretibus. DISTINCTIO? uarietas, dimido. INSCITIVS? insipientius. DESIGNANDI? distinguendi. NATURA? uis in naturalibus operatrix. HOC necessario confitendum est. Sine dubio abundat, Hoc, nam sententia ita se haber: Quod necessario confitendum est, quoniam illud negatis. INSISTENS? residens tamquam in subiecto. LANGUORE? torpore. NOTA? signo, obseruatione. GRABATOS? portatiles lecticas. TORTVOSA? obliqua. SAGARVM? anuum facrorum peritiam profitentium. SUPERSTITIONE? credulitate. PORTENDANTVR? monstrantur. MENTE qua sint,? propria scilicet, an irata. PROCVRENTVR? expurgantur, & propulsantur. EXPIENTVR.? prece, ac uoto declinantur. DIVINVM? praesagium, uaticinum. OBICIVNT? ostendunt. ACNIGMATA? inuolucra, & ambiguitates. EUPHORION? hunc nominat Athenaeus. MEILLOR? utilior. HERACLITVS? qui propter obscuritatem orationis, id est, tenebrosus cognominatus est. QVID ne igitur mones? ac si dicat, Frustra mones, quod non intelligam. CASSAM,? vacuam. PACUVIANVS Amphion,? de quo in tragœdia scriptus Pacuvius. Filius Iouis Amphion fuisse traditur, & sono telus dinis muros Thebanos erexit. HUMILIS? depressa. TRVICI? horrido. ANIMALI sono,? uocali. DISUTELLO? de luteo ipsius oui, quo pullus ex albumine formatus, & in cortice inclusus uiuit. Vitulus uero dicitur bubulus pullus, quo usque suggit lac. CONSENTANEA? conuenientia.

CICERO

AD aperta, & clara ueniamus, quale est de illo interfecto a caprone Megaris, quale de Simonide, qui ab eo, quem humauerat, uetus est nauigare; quale etiam de Alexandro: quod a te praeteritum esse miror: qui, cum Ptolemaeus, familiaris eius, in proelio telo uenenato iactus esset, eoque uulnere summo cum dolore moreretur, Alexander assidens somno est consopitus. tum secundum quietem uisus ei dicitur draco is, quem mater Olympias alebat, radiculam ore ferre, & simul dicere, quo illa loci nascetur: (neque is longe aberat ab eo loco) eius autem esse uim tantam, ut Ptolemaeum facile sanaret: cum Alexander experitus narrasset amictis somnum, emisisse qui illam radiculam quaererent, qua inuenta, & Ptolemaeus sanatus dicitur, & multi milites, qui erant eodem genere teli uulnerati. Multa etiam

sunt a te ex historijs prolata somnia, matris Phalaridis, Cyri superioris, matris Dionysij, Poeni Hamilcaris, Hannibal, P. Decij, peruulgatum iam illud de praefultore, Gracchi etiam, & recens Cacciae Balearici filiae somnum. sed haec externa, ob eamq. causam ignota nobis sunt: non nulla etiam facta fortasse. quis enim auctor istorum? de nostris somnijs quid habemus dicere? tu demersome, & equo ad ripam? ego de Mario cum fascibus laureatis me insuum deduci iubente monumentum? omnium somniorum, Quinte, una ratio est: quae, per deos immortales, uideamus, ne nostra superstitione, & depravatione supereretur. quem enim tu Marium uisum a me putas? speciem, credo, eius, & imaginem, ut Democrito uidetur, unde profectam imaginem: a corporibus enim solidis, & a certis figuris uult fluere imagines. quod

quod igitur Marii corpus erat, ex eo, inquit, quod fuerat, plena sunt imaginum omnia ista. Igitur me imago Marii in campum acinatem persequebatur: nulla enim species cogitari potest, nisi pulsu imaginum. quid ergo? istae imagines ita nobis dicto audientes sunt, ut, simul atque uelimus, currant? etiam ne carum rerum, quae nullae sunt? quae est enim forma tam inuitata, tam nulla, qua non sibi ipse animus possit effingere? ut, quae numquam uidimus, ea tamē formata habeamus, opidorum situs, hominum figuram. num igitur, cum aut muros Babylonis, aut Homerum faciem cogito, imago illorum me aliqua pellit? omnia igitur, quae uolumus, nota nobis esse possunt: nihil est enim, de quo cogitare nequeamus: nullae ergo imagines obrepant in animos dormientium extrinsecus, nec omnino fluit illae: nec cognoui quemquam, qui maiore auctoritate nihil diceret. animorum est ea uis, atque natura, ut uigeant uigilantes; nullo aduentio pulsu, sed suo motu, incredibili quadam celeritate. hī cum sustinent membris, & corpore, & sensibus, omnia certiora cernunt, cogitant, sentiant. cum autem haec subtrahita sunt, desertusq. animus languore corporis, tum agitatur ipse per se: itaque in eo & formae uersantur, & actiones, & multa audiri, multa dici uidentur. haec scilicet imbecillo, remisoq. animo multa omnibus modis confusa, & uariata uersantur: maximeq. reliquiae eorum rerum mouentur in animis, & agitantur, de quibus uigilantes aut cogitauimus, aut egimus: ut mihi, temporibus illis, multum in animo Marius uersabatur, recordanti, quam ille grauem suum casum magno animo, quam constanti tulisset. hanc credo causam de illo somniandi fuisse. tibi autem de me cum solitudine cogitanti subito sum uisus emeritus ex flumine. inerant enim in utrinque nostrum animis uigilantium cogitationum uestigia. At quaedam adiuncta sunt; ut mibi de monumento Marii; tibi, quod equus, in quo ego uehebar, mecum una demersus rursus apparuit. An tu censes ullam anum tam deliram futuram fuisse, ut somnijs crederet, nisi ista casu non numquam, forte, temere concurrerent? Alexandro loqui draco uisus est. potest omnino hoc esse falsum, potest uerum: sed, utrum sit, non est mirabile. non enim audisit ille draconem loquentem, sed est uisus audire: & quidem, quo maius sit, cum radicem ore teneret, locutus est. sed nihil est magnum somnianti. quaero autem, cur Alexandro tam illustre somnium, tam certum, nec huic eidem alias, nec multa ceteris. mibi quidem, praeter hoc Marianum, nihil sane, quod meminem. frustra igitur consumptae tot nobes, tam longa in aetate. nunc quidem, propter intermissionem forensis operae, & lucubrationes detraxi, & meridianes addidi, quibus uti ante a non solebam: nec tam multum dormiensullo somnio sum admonitus, tanis praesertim de rebus: nec mihi magis usquam uideor, quam cum aut in foro magistratus, aut in curia senatum video, somniare. Etenim ex divisione hoc secundum est, quae est continuatio, coniunctioq.

naturae, quam, ut dixi, vocant συντάξεα, eiusmodi, ut thesaurua ex uno intelligi debat. nam medici ex quibusdam rebus & aduenientes, & crescentes morbos intelligunt: nonnullae etiam ualeudinis significaciones, ut hoc ipsum, pleni, encelli ne simus, ex quodam generē somniorum intelligi posse dicuntur. Thesaurus uero, & hereditas, & honos, & uictoria, & multa generis eiusdem, qua cum somnijs naturali coagulatione iunguntur? Dicitur quidam, cum in somnijs complexu uenero iungeretur, calculos eiecisse. video sympathiam: uisum est enim tale obiectum dormienti, ut id, quod euenerit, naturae uis, non opinio erroris, efficerit. Quae igitur natura obtulit illam speciem Simonidi, a qua ueraretur nauigare? aut quid naturae copulatum habuit Alcibiades quod scribitur somniū? qui paullo ante interitum uisus est in somnijs amicae esse amictus amicu- lo. is, cum esset proiectus in humatus, ab omnibusq. desertus iaceret; amica corpus eius texit suo pallio. ergo hoc inerat in rebus futuris, & caussas naturales habebat; an, & ut uideretur, & ut eueneret, casus effecti? Quid ipsorum interpretum coniecturae, non nemagis ingenia declarant eorum, quam uim, consensumq. naturae? Cursor, ad Olympia profici scioglit, uisus est in somnijs curru quadrigarum uebi, mane ad coniectorem. at ille, Vincas, inquit: id enim celeritas significat, & uis equorum. post idem ad Antiphontem. is autem, Vincare, inquit, necesse est. in non intelligis quattuor ante te cucurisse: Ecce alius cursor, atque horum somniorum, & talium plenus est Crisippi liber, plenus Antipatri: sed ad cursorē redeo ad interpretem detulit, aquilam se in somnijs uisum esse factum. at ille, Viciisti: ista n. auī uolat nulla uehementius. huic equidem Antipho, Tu uero, inquit, te uictum esse non uides? ista enim auī, insectans alias, & agitans, semper ipsa postrema est. Parere quaedam matrona cupiens, dubitans esset ne praegnans, uisa est in quiete obsignatam habere natu- ram: retulit. negavit eam, quoniam obsignata fuisse, concipere potuisse. at alter praegnante esse dixit: nā inane obsignari nihil solere. Quae ista est ars coniecto- ris, eludentis ingenio? an ea, quae dixi, & innumerabi- lia, quae collecta habet Stoici, quidquam significat, ni si acumen hominum ex similitudine aliqua coniectu- ram modo hoc, modo illuc ducentium? Medici signa quaedam habent ex uenis, & ex spiritu aegroti, mul- tisq. ex alijs futura praesentient. gubernatores cum exultantes loligines uiderint, aut delphinos se in por- tum coniuentes, tempestatis significari putant. haec ratione explicari, & ad naturam facile reuocari pos- sunt: ea uero, quae paullo ante dixi, nullo modo. At enim obseruatio diurna (haec enim pars una restat) notandis rebus fecit artem. an tandem somnia obser- uari possunt? quoniam modo sunt enim innumerabiles uarietates. nihil tam praepostere, tam incondite, tam monstruose cogitari potest, quod non possimus somniare. quo modo igitur haec infinita, et semper no- ua aut memoria complecti, aut obseruando notare possumus?

EXPLA-

EXPLANATIO

QVALE etiam de *Alexandro*: Vide Curtium. SECUNDVM quietem & per somnum. HAEC externae quae nam Romana externa non sunt. DEMERSO me, & De emerfo me, legerem. VNA ratio & ea- dem proprietas. DEPRAVATIONE & falsa interpretatione. SPECIEM & similitudinem. SOLIDIS, & soliditatem, seu firmitatem habentibus. FLVERE & emanare. OMNIA ista & hoc uniuersum. SPECIES & forma aliqua uisibilis. QVID ergo? & Dederit M. Cicero Democriti, & Epicuri opinionem de imaginibus. FORMATA & depicta. PELLIT & pulsat. NULLAE ergo &c. Concludit ex absurdio superiore. nam, si absurdum est, credere, omnia nobis nota esse posse sequitur, animos dormientium diuinare non posse: nam, si diuinarent ingressu imaginum assidue fluentium; omnia noscent. OBREPVNT & subintrant. AVCTORITA- TE & confidentia. NIHIL diceret & inania effusaret. VIGEANT & uigorem habeant, & moueantur. SVO & proprio. FORMAE & rerum imagines. REMISSO & languido. CASVM & exsilium, & fugam in Africam. VE- STIGIA & reliquiae, ac notae quaedam. DELIRAM & aberrantem. OPERAE & industriae. LVCVBRA- TIONES & uigilias ad nocturnam lucernam. MERIDIATIONES & meridianum somnum. TANTIS tam magnis, ut de interitu legum, & libertatis. FORO & loco iudicij. MAGISTRATVS, & ut praetores urbani, aediles currules. ETENIM & certe, transit M. Cicero ad aliud membrum diuisionis, uidelicet ad sympathiam rerum, & coniectores. REBUS & signis in rebus. VALETUDINIS & sanitatis. PLENI & onerari humo- ribus superfluis. ENECTI & exhausti, & fere consumpti humoris inopia. QVA cognitione iunguntur & quasi dicat, Nulla. CALCVLOS & lapillos in uestica concretos, ex uisco humore adusto. VIDEO & agnosco. TALE obiectum & eius generis imago. EVENIT, & successit. ERRORIS, & falsi somnij. COPVLATVM & coniunctum. CVM effet proiectus imbunatus & Vide Plutarch. in Alcibiade. Hoc & ut scilicet pallio tege- retur. INGENIA & acumina, & ueritatem. ANTIPHONTEM & Atheniensis fuit, & somniorum interpres, eius meminit Lucianus agens de adyto somniorum. HVIC equidem Antipho, Tu uero, inquit, & Non placet, Equidem, cum tertia persona coniungi, & suspicor de mendo. Haec Paullus pater. OBSIGNATAM & signi impressione occlusam. INANE & uacuum. SPIRITU & anhelitu. LOLIGINES & Loligo pisces est. Mollia, inquit Plinius, Loligo, Sepia, Polypi. Loligo uolitat extra aquam se efferens: quod & peccanculi faciunt. HAEC & signa. AD naturam & ad naturalem uim. AT enim Refellit nunc diuinitatem obseruationis. NOTANDIS rebus & notando res. PRAEPOSTERE, & peruerse. INCONDITE, & inordinate MONSTRVO- SE & contra usitatum naturae ordinem. ORDO & tenor constans.

C I C E R O

ASTROLOGI motus errantium stellarum nota- uerunt. inuentus est enim ordo in iis stellis, qui non putabatur. cedo tandem, qui sit ordo, aut quae concursatio somniorum? quo modo autem distingui possunt uera somnia a falsis, cum eadem & alijs aliter euadant, & iisdem non semper eodem modo? ut nibi mirum uideatur, cum mendaci homini, ne uerum quidem dicenti credere soleamus, quo modo isti, si somnum uerum euasit, aliquod non ex multis potius uni fidem derogant, quam ex uno innumerabilia confirmant. Si igitur neque deus est effector somniorum; neque naturae societas ulla cum somnijs: neque obseruatione inueniri potuit scientia: effectorum est, ut nihil prorsus somnijs tribuendum sit; praesertim cum illi ipsi, qui ea uident, nihil diuinent, ij, qui interpretantur, coniecturam adhibeant, non naturam: ca- sus autem innumerabilibus paene saeculis in omnibus plura mirabilia, quam in somniorum uisis, effec- terit; neque coniectura, quae in uarias partes duci pos- sit, non numquam etiam in contrarias, quidquam sit incertius. Explodatur haec quoque somniorum diu- natio pariter cum ceteris. nam, ut uere loquamur, su- persticio fusa per gentes, opprescit omnium fere animos, atque hominum imbecillitate occupauit. quod & in iis libris dictum est, & qui sunt de natura deo- rum: & hac disputatione id maxime egimus. mul- tum enim & nobis met ipsis, & nostris profuturi ui- debamur, si eam funditus sustulissimus. Nec uero (id enim diligenter intelligi uolo) superstitione tol-

lenda religio tollitur. nam, & maiorum instituta tue- ri sacrif., caerimoniasq. retinendas, sapienti el; & esse praestantem aliquam, aeternamq. naturam, & eam suscipiendam, admirandamq. hominum generi, pulchritudo mundi, ordoq. rerum caelestium cogit confiteri. quamobrem, ut religio propaganda etiam est, quae eli iuncta cum cognitione naturae: sic super- stitionis stirpes omnes euincendae sunt: instat enim, & urget, & quocumque te uerteris, persequitur, siue tu- uatem, siue tu omen audieris, siue immolaris, siue an- adspexeris, si Chaldaeu, si baruspiceu uideris, si fulse- rit, si tonuerit, si tactum aliquid erit de caelo, si oleum simile natum, factum ue quipiam: quorum necesse est, plerumque aliquid eueneriat: ut numquam licet quieta mente consistere. perfugium uidetur omnium laborum, & sollicitudinum esse somnus. at ex eo ipso plurimae curae, metusq. nascentur. qui quidem ipsi per se minus ualent, & magis contemnerentur, nisi somniorum patrocinium philosophi suscepissent, nec ij quidem contemptissimi, sed in primis acuti, & consequentia, & repugnancia uidentes: qui prope iam absoluti, & perfecti putantur. quorum licentiae nisi Carneades restitisset, haud scio, an solliuamphi- losophi iudicarentur. cum quibus omnis fere nobis disceptatio, contentioq. est: non quod eos maxime contemnamus: sed quod uidentur acutissime senten- tias suas, prudentissimeq. defendere. cum autem proprium sit Academiae, iudicium suum nullum in- terponere; ea probare, quae simillima ueri uidean- tur;

A.1.XI

ter, conferre caussas, & quid in quamque sententiam dici posse, expromere, nulli adhibita sua auctoritate, iudicium audientium relinquere integrum, ac liberum: tenebimus hanc consuetudinem, a Socrate tra-

ditam, eaq. inter nos, si tibi, Quinte frater, placebit, quam saepissime utemur. Mibi uero, inquit ille, nihil potest esse iucundius. Quae cum essent dicta, surreximus.

EXPLANATIO

CEDO & dic quo eso. CONCURSIO & conuenientia. ALIIS aliter euadant & alijs sine dissimili eueniant. DEROGANT & detrahunt. SCIENTIA & ars interpretandi somnia. CONNECTVRAM & collationem similitudinis signorum. NON naturam, & non signa propria cuiusque rei naturalis. VISIS & imaginationibus. EXPLODATVR & irrisione, & plausu rejicitur. OPPRESSIT & prostravit. RELIGIO & deorum ueneratio, & cultus. SUSPICIENDAM & colendam. CONFITERI. & affirmare. PROPAGANDA & diffundenda. COGNITIONE naturae: & scientia rerum naturalium. STIRPES omnes ejicienda sunt: & Elidenda, puto correndum: ut cum uerbo Stirpes, & ad uerbo item, Propaganda, quod in superiore membro positum est, in translatione consentiat. Sic etiam locutus est Tusculana III. Stirpes inquit, aegritudinis, trunco euerso, omnes elidenda. INSTAT & stimulat. ACVTI & erudit. LICENTIAE & temerariae libertati. CONFERRE caussas & comparate rationes. EXPROMERE & proferre, explicare. AVCTORITATE & certa sententia. INTEGRVM & ad utrumlibet declinabile, arbitrarium.



121 Ciceronis

multa etiam deinde in his quodam aliis
tempore, etiam cum suis filiis, et
alii tempore, etiam cum suis filiis, et
alii tempore, etiam cum suis filiis.

EXPLAMATIO

Etiam enim in aliis tempore, etiam cum suis filiis, et
alii tempore, etiam cum suis filiis, et
alii tempore, etiam cum suis filiis.

CICERO

Etiam enim in aliis tempore, etiam cum suis filiis, et
alii tempore, etiam cum suis filiis, et
alii tempore, etiam cum suis filiis.





P E R I L L V S T R I
C O M I T I
A V G V S T I N O . I V S T O



ATO quodam, planeq. bono fato contigit, ut, quo tempore Commentarius in Ciceronis librum de Facto mihi edendus esset, Te, de facie ignotum, per honorifico tamen Gabrielis Cauatij testimonio nossem. Multa is, spectatae uir uirtutis, de Te magnifica, multa praeclara, multa ad solidam gloriam directa consilia narrare solitus est. cui cum ego maximam fidem, ob acerrimum, quo praeditus est, iudicium, habeam; ferreus sim, ni Te, Tuasq. miras & animi, & ingenij dotes amem, colam, praeedicem. Abundare opibus, populis imperare, sunt, qui in laude ponant. uerum ego maiorem laudem statuo ijs deberi, qui diuitijs honeste uti sciant, ijsque, qui seipso potius regere norunt, gloriosumq. immortalitatis iter, maiorum suorum uestigijs impressum, ingressi, posteris quoque uirtute praeluent. Quae Tu cum optime praestes, cumq. totus ad ueram uirtutem sis natus, amat Te Verona, amant boni omnes, in cuius praesidio maximam suae felicitatis partem sitam ducunt. Horum in numerum cum ego summopere cupiam a Te referri, meam hanc uoluntatem obscuram esse non sum passus. uolui hoc, qualecumque est, animi mei, & obseruantiae signum Tibi primum ipsi, deinde alijs, qui haec legent, notum esse. Maiora a nobis in dies exspecta. Iacta sint fundamenta, quibus aedificium, & uirtuti tuae, uotoq. meo conueniens, aliquando superaddatur. Haec Tibi Valerius Palermus meus, meus inquam, quem Tuum, si non est, (cur autem, non esse, dubitem?) esse cupio, tradet. qui cum me plane cognoscat, meamq. in nobilissimam Familiam Tuam propensam uoluntatem, praecipueq. in Iulium Iustum, Comitem, quem iamdiu, praestantissimi uiri, Francisci Morandi, testimonio, noui; spero fore, ut suo sermone Tuam mihi benevolentiam aliquo modo conciliet.

V quo